Jam pergamus ad alteram partem nostræ argumentationis, eamque etiam firmiorem, de nimia similitudine Platonicorum aliquot locorum, quæ imitationem doceat subesse. Nam de hoc quidem conveniet inter omnes doctos et indoctos, Platonem se ipsum haud posse imitari: ni forte quis dubitet de sana illius mente. At hæc de imitatione quæstio, ut in quoque libro est maxime necessaria, quippe qua neglecta aut omnino non, aut saltem tantum ex parte singula possis intelligere, et quæsitum arte atque affectatum, natura putes contigisse: veluti si quis adumbratam ad alterius exemplar imaginem, exemplar ipsum ignorans conspexerit: ita est adeo difficilis, vix ut in ullo sit quantum in hoc genere peccatum. Unum exemplum afferam, non quasi non alia suppetant, quæ certe sunt quam plurima, sed quod nunc primum in manus venit et ab egregio litteratore (quo quem enim magis suspicimus, eo si quid minus probabiliter pronunciantem deprehenderimus, [24] obloquimur libentius) desumptum est: illud inquam, quod summus Wyttenbachius in Eclog. Hist. ab Herodoto (iii. 80.) expressum locum putat e Medea Euripidis (v. 125.) quam scilicet, quum Herodotus scriberet, nondum constat fuisse editam. Quippe in imitationum investigatione, ut in gravissima quaque re, aliud est suspicione quadam levi aut specie verisimilitudinis contentum fuisse, aliud ad certam rem scientiam adduxisse: quod tum demum feceris, quum e libro quopiam vel unum aut plura verba, vel locutionem vel constructionem vel sententiam præstiteris, quæ alius auctoris certo loco peculiaris sit ac propria. Quamquam, an sit propria, plerumque altioris est indaginis, nec licet temere dijudicare. Quando vero semel certo expressos ex quodam scriptore et classicos locos novimus: quid jam obstat, quominus alia quoque, quæ liber illi communia aut similia habet, quamquam etiam aliunde peti poterant, ex illo censeamus desumpta? Etenim licet cordatus homo ex totius nationis atque ætatis, qua vivit, atque adeo omnium retro ævorum ac populorum, quin universæ rerum naturæ thesauro ac fonte hauriat; tamen ad certum quoddam exemplar potissimum ingenium, sermonem, vitæ rationem format ac componit. Quid vero dicam de humilioribus naturis? qui scientes magnorum

ΣΩ. Ἦ καὶ λόγος[1] σοι δοκεῖ εἶναι τὰ λεγόμενα; ἢ
t. ii. 250. ὄψις τὰ ὁρώμενα; ἢ ἀκοὴ τὰ ἀκουόμενα; ἢ ἄλλο μὲν

εἶπε rbf, εἴποι zc : εἰπεῖν *s.—[1] νομιζόμενα. ἢ καὶ λόγος (54, 1.)...νομιζόμενα

---

hominum sententias ac vocabula compilant, ipsas etiam periodorum [25] formas, ut pueri, ad eorum similitudinem laboriose fingunt: nimirum ut ista sibi via materiam scribendi et eloquentiam parent, quam ex propria animi virtute nequeant promere. Ita fit passim, ut parum instructi ab judicio imitatores, partim quæ ipse scriptor minime probabat, sed negligentia erat delere oblitus, aut joco confinxerat in aliorum ludibrium, ea potissimum consectentur: cujus rei supra exemplum attulimus: partim dictiones locis, ubi auctor usurparat, satis aptas, assignatis novis sedibus aut addita voce una et altera, veluti Noster Politici *ἀνθρωπίνην ἀγέλην* addito *τοῦ σώματος*, prorsus ineptas atque absurdas reddant. Jam vero in nostro colloquio Symposium, Euthyphronem, Protagoram, Politicum, Gorgiam, Cratylum, Philebum djalogos expressos ac tantum non compilatos reperio. Potissima indico Min. p. 318. B. *Ἆρ' οὖν ὁ Μαρσύας λέγεται καὶ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Ὄλυμπος ὁ Φρύξ;—Ἀληθῆ λέγεις.—Τούτων δὴ καὶ τὰ αὐλήματα θειότατά ἐστι, καὶ μόνα κινεῖ καὶ ἐμφαίνει τοὺς τῶν θεῶν ἐν χρείᾳ ὄντας· καὶ ἔτι καὶ νῦν μόνα λοιπά ἐστιν, ὡς θεῖα ὄντα.—Ἔστι ταῦτα.*=Sympos. p. 215. C. *Ὁ μέν γε (ὁ Μαρσύας) δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ τοῦ στόματος δυνάμει, καὶ ἔτι νυνὶ ὃς ἂν τὰ ἐκείνου αὐλῇ. ἃ γὰρ Ὄλυμπος ηὔλει, Μαρσύου λέγω τούτου διδάξαντος. τὰ οὖν ἐκείνου ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ, ἐάν τε φαύλη αὐλητρὶς, μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ, καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν τε καὶ τελετῶν δεομένους, διὰ τὸ θεῖα εἶναι.* [26] Jam non opus refutare Cornarium in Minoe scribentem *χορείᾳ* p. *χρείᾳ*. Olympi harmonias etiam recentiore ætate superstites fuisse passim tradunt. V. Aristoph. Eqq. 9. et Schol. Eurip. Iph. A. 576. Aristot. Polit. viii. 5. p. 524. Plutarch. de Music. p. 1133. C. coll. p. 1143. B. Neque enim aliæ sunt quam notæ illæ Phrygiæ, *ἐνθουσιασμὸν* procreantes. V. Aristot. l. c. coll. p. 526. 7. p. 537. Procl. in Polit. p. 366. Cf. Burett. ad. Plut. de Mus. Mem. Ac. Inscr. tom. xi. p. 44. Amst.

Post hunc locum nescio an etiam illa *πόλεων διακόσμησις* p. 317. C. quamquam et aliunde esse poterat, fluxisse statuenda sit ex Sympos. p. 209. A. *πολὺ δὲ μεγίστη εἶναι, ἔφη, καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως ἡ περὶ τὰς τῶν πόλεών τε καὶ οἰκήσεων διακόσμησις* (l. *διακοσμήσεις*): et formula *φοιτᾷν μαθησόμενον* p. 319. E. ex Sympos. p. 206. B. *καὶ ἐφοίτων παρά σε αὐτὰ ταῦτα μαθησόμενος.* Minois autem hæc p. 314. C. *τάχα δὲ ἄμεινον εἰσόμεθα ὧδε*, ex Euthyphr. p. 9. E. *τάχ' ὦ ᾽γαθὲ, βέλτιον εἰσόμεθα*, cum Schleiermachero puto esse, licet non ignorem simile Gorg. p. 450. C. Inprimis vero contendenda hæc:

Min. p. 314. D. *Οὐκοῦν κάλλιστον ἡ δικαιοσύνη τε καὶ ὁ νόμος;—Οὕτως.—Αἴσχιστον δὲ ἡ ἀδικία τε καὶ ἡ* (ita Leid.) *ἀνομία;—Ναί.—Καὶ τὸ μὲν σώζει τὰς πόλεις καὶ τἆλλα πάντα, τὸ δὲ ἀπόλλυσι καὶ ἀνατρέπει;*=Euthyphr. p. 14. B. *Καὶ σώζει τὰ τοιαῦτα τούς τε ἰδίους οἴκους καὶ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων· τὰ δ' ἐναντία τῶν κεχαρισμένων ἀσεβῆ, ἃ δὴ καὶ ἀνατρέπει ἅπαντα καὶ ἀπόλλυσιν.*

[27] De Protagoræ stulta imitatione jam supra dixi: similiter autem, quum in eodem Sophistam cognominem Plato contendentem induxerit, Sophisticen jam a Simonide, Homero aliisque veterum esse exercitam (v. p. 316. D. unde profecisse animadvertam Clementem Alex. Strom. v. p. 238. 12. Sylb.) atque ibidem Socrates, homo docilis et *εἴρων*, imitando Sophistam illusurus, vetustissimam omnium Cretensium et Laconicam philosophiam esse (p. 342. A.), atque etiam Prodici artem peculiares ac proprias verborum, quæ putabant, idem significantium potestates indagandi, multis retro seculis ad Simonidem usque atque ultra assurgere docuerit (p. 340. E.); eandem artem in tragœdia cascæ heroum ætati vindicanda expertus etiam Noster est; et Plato quidem ludens illas nugas finxit, hic vero scriptor rem agens seriam. Gemina inprimis mihi videntur hæc verba:

Min. p. 320. E. *Ἡ δὲ τραγῳδία ἐστὶ παλαιὸν ἐνθάδε, οὐχ ὡς οἴονται, ἀπὸ Θέσπιδος ἀρξαμένη οὐδ' ἀπὸ Φρυνίχου· ἀλλ' εἰ θέλεις ἐννοῆσαι, πάνυ παλαιὸν αὐτὸ εὑρήσεις ὂν τῇδε τῇ πόλεως εὕρημα.*=Protag. p. 310. E. *Κινδυνεύει γάρ τοι, ὦ Πρωταγόρα, ἡ Πρωδίκου σοφία θεία τις εἶναι πάλαι, ἤτοι ἀπὸ Σιμωνίδου ἀρξαμένη ἢ καὶ ἔτι παλαιοτέρα.*

λόγος, ἄλλο δὲ τὰ λεγόμενα· καὶ[m] ἄλλο μὲν ὄψις, ἄλλο δὲ[n] τὰ ὁρώμενα· καὶ ἄλλο μὲν ἀκοή, ἄλλο δὲ[o] τὰ ἀκουό-

οὕτως vf.—[m] καὶ...ὁρώμενα om A.—[n] ἄλλο δὲ...ἄλλο δὲ] libri ἄλλα δὲ...ἄλλα δὲ.—[o] ἄλλο δὲ A: ἄλλα δὲ *s. item v. 4.—[p] ἄλλο μοι A, ἀλλ' οὐχ ὅμοιον K: ἀλλ'

ἄλλα δὲ] Legitur etiam, ἄλλο δὲ, τὰ λεγ. itidemque in iis quæ seqq. STEPH.

ἄλλο] Pro inusitato ἄλλα quater rescripsi ἄλλο, ex Par. Leid. Fic. *aut aliud sermo, aliud pronunciata; aliud visus, aliud visa, et auditus similiter atque audita, nec non lex aliud, aliud lege mandata.* Easdem lectiones notavit jam Steph. quem Leidensi codice usum esse, alio loco demonstrabo. Quod recepi ἄλλο μοι pro vulgata ἄλλ' ὅμοιον, est ex Leid. unde et Steph. habet. Male Lindavius Epist. Crit. in Tim. p. 36. conjecit ἄλλο μοι ὄν. BOECKH.

Illud etiam Min. p. 315. E. εἰ μὲν οὖν βούλει, πυθόμενός τι παρ' ἐμοῦ κοινῇ μετ' ἐμοῦ σκόπει· εἰ δ' αὖ βούλει, ἀποκρινόμενος, nescio an sit conformatum ad exemplum Protag. p. 347. B. νῦν δὲ δίκαιόν [28] ἐστιν, ἃ ὡμολογησάτην πρὸς ἀλλήλω Πρωταγόρας καὶ Σωκράτης, Πρωταγόρας μὲν εἰ ἔτι βούλεται ἐρωτᾶν, ἀποκρίνεσθαι Σωκράτη· εἰ δὲ δὴ βούλεται Σωκράτει ἀποκρίνεσθαι, ἐρωτᾶν τὸν ἕτερον. p. 348. A. κἂν μὲν βούλῃ ἔτι ἐρωτᾶν, ἕτοιμός εἰμί σοι παρέχειν ἀποκρινόμενος· ἐὰν δὲ βούλῃ, σὺ ἐμοὶ πάρασχε.—Mox οἱ πολιτικοὶ καὶ βασιλικοὶ p. 317. A. sunt ex Politico, unde etiam alia quædam desumpta esse supra dixi. Ecce loca. P. 259. C. ταύτην δὲ εἴτε βασιλικὴν εἴτε πολιτικὴν εἴτε οἰκονομικήν τις ὀνομάζει, μηδὲν αὐτῷ διαφερώμεθα. D. τὴν ἄρα πολιτικὴν καὶ πολιτικὸν, καὶ βασιλικὴν καὶ βασιλικὸν εἰς ταυτὸν ὡς ἓν ταῦτα πάντα ξυνθήσομεν. p. 266. E. καὶ τότ' ἤδη τῆς ἀνθρωπονομικῆς δηλωθείσης τέχνης, φέροντα τὸν πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν, οἷον ἡνίοχον, εἰς αὐτὴν ἐνστήσαντα (λέγω δεῖν) παραδοῦναι τὰς τῆς πόλεως ἡνίας, ὡς οἰκείας αὐτῷ ταύτης οὔσης τῆς ἐπιστήμης. p. 267. C. τοῦτ' αὐτὸ ἔστιν ἤδη τὸ ζητηθὲν, ἅμα βασιλικὸν ταυτὸν κληθὲν καὶ πολιτικόν. p. 274. E. ἀποφηνάμενοι τὸν βασιλικόν τε καὶ πολιτικὸν ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ etc. Gorgiam autem expressum reperies collatis, quæ adscripsi, verbis.

Min. p. 319. D. Καὶ Ὀδυσσείας ἐν Νεκυίᾳ δικάζοντα χρυσοῦν σκῆπτρον ἔχοντα πεποίηκε τὸν Μίνω, οὐ τὸν Ῥαδάμανθυν· τὸν Ῥαδάμανθυν δὲ (ita Leid.) οὔτ' ἐνταῦθα πεποίηκε δικάζοντα, οὔτε συγγιγνόμενον τῷ Διΐ οὐδαμοῦ.=Gorg. p. 526. C. Ἑκάτερος δὲ τούτων ῥάβδον ἔχων δικάζει· ὁ δὲ Μίνως ἐπισκοπῶν κάθηται μόνος ἔχων χρυσοῦν σκῆπτρον, ὥς φησιν Ὀδυσσεὺς ὁ Ὁμήρου ἰδεῖν αὐτὸν Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσιν.

[29] Gorgiæ locum nuper ab egregio viro in suspicionem vocatum et Noster tuetur et Procl. in Polit. p. 396. Ejusdem verba dial. p. 448. E. καὶ αὐτῷ καλῶς καὶ διὰ βραχέων ἀπεκρίνω, nescio an respexerit quum scriberet Noster p. 321. C. καλῶς τε καὶ διὰ βραχέων ἀποκρινόμενοι. Conf. præterea Cratyl. p. 430. C. Ἆρ' οὖν αὗται αἱ διανοαὶ ἀμφότεραι ὀρθαί; et Min. p. 317. D. καὶ οἱ τούτου νόμοι καὶ διανοαὶ ἐπὶ ταῦτα ὀρθαί εἰσίν. Illepide autem Platonem imitatur hæcce proferens p. 319. C. ὅτι μὲν γὰρ ὁ Ζεὺς σοφιστής ἐστι, καὶ ἡ τέχνη αὕτη παγκάλη ἐστὶ, πολλαχοῦ καὶ ἄλλοθι δηλοῖ, ἀτὰρ καὶ ἐνταῦθα: quæ novo Platonico quopiam, ut aliquo Porphyrio vel Iamblicho, quibus hæc supra modum placebant, digniora sunt quam Socrate ac Platone. Certe dubites, quid magis mireris, quod ab Homero Jovem Sophistam existimari Plato serio pronunciet: an quod ab Iamblicho Platonicus Sophista ὁ ὑπὸ σελήνην δημιουργὸς censeatur esse. Scilicet Noster Protagoram secutus Platonicum, Homerum putabat Sophistam fuisse, at qui artis suæ φοβούμενον τὸ ἐπαχθὲς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι ποίησιν didicisset (Protag. p. 316. D.); scilicet Plutonem, Amorem, Proteum, Heroas a Platone Sophistas appellari videbat, ideoque etiam Jovem inter illos referri fas ducebat: neque tamen ea hominis acies erat, ut Platonem non seriam rem agere, sed jocari in illis intelligeret. Ludebat enim, ut pleraque omnia, ita [30] hæc quoque Cratyli φιλοσόφων ὁ εἰρωνικώτατος p. 403. E. οὕτω καλούς τινας, ὡς ἔοικεν, ἐπίσταται λέγειν λόγους ὁ Ἅιδης. καὶ ἔστιν, ὥσγε ἐκ τοῦ λόγου τούτου, ὁ θεὸς οὗτος τέλεος σοφιστής τε καὶ μέγας εὐεργέτης τῶν παρ' αὐτῷ—p. 398. D. ὅπερ οὖν ἄρτι ἐλέγο-

μενα· καὶ ἄλλο δὴ νόμος, ἄλλο δὲ τὰ νομιζόμενα; οὕτως ἢ πῶς σοι δοκεῖ;

μεν, ἐν τῇ Ἀττικῇ φωνῇ λεγόμενοι οἱ ῥῆτορές τινες καὶ ἐρωτηματικοὶ ἢ καὶ ἐρωτικοὶ συμβαίνουσιν· ὥστε ῥητόρων καὶ σοφιστῶν γένος γίγνεται τὸ ἠρωϊκὸν φῦλον. Nec aliter est Sympos. p. 203. D. (ὁ Ἔρως) φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής. Et Eutkyd. p. 288. B. ἀλλ' οὐκ ἐθέλετον ἡμῖν ἐπιδείξασθαι σπουδάζοντες, ἀλλὰ τὸν Πρωτέα μιμεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν, ζητεύοντε ἡμᾶς. Hæc loca respicit Schol. Plat. Ruhnk. p. 33. ὅτι σοφιστὴν καλεῖ ὁ Πλάτων καὶ τὸν....καὶ τὸν Ἅιδην καὶ τὸν Δία, καὶ παγκάλην λέγει εἶναι τὴν τέχνην. Ubi lacunæ nota est, insere Ἔρωτα. Postremo ad Philebi verba p. 12. E. καὶ γὰρ χρῶμα, ὦ δαιμόνιε, χρώματι κατά γε αὐτὸ τοῦτ' οὐδὲν διοίσει, τὸ χρῶμα εἶναι τὸ πᾶν, adumbrata censeo hæc nostri dial. p. 313. A. τί δέ; ἔστιν ὅ,τι διαφέρει νόμος νόμου κατ' αὐτὸ τοῦτο, κατὰ τὸ νόμος εἶναι; nam scribendum esse κατ' αὐτὸ et Philebi locus evincit, et Leid. docet. Quod vero vulgo post voculas τί δὲ non interpungebatur, nemini nisi Bipontino ferendum videatur; neque enim nunc quærit quanam re, sed an omnino ulla re differat lex a lege. Theætet. p. 204. B. τί δὲ δή; τὰ πάντα καὶ τὸ πᾶν ἔσθ' ὅ,τι διαφέρει; Ad eandem [31] autem normam etiam illa adegit scriptor Noster: οὐδὲν γάρ που διαφέρει οὔτε χρυσὸς χρυσοῦ οὔτε λίθος λίθου, κατά γε τὸ λίθος εἶναι καὶ κατὰ τὸ χρυσός. Jam interrogo, annon hæc ubique se prodens Platonis imitatio, etiamsi alia nulla argumenta subvenirent, vel sola tibi νοθείαν dialogi videatur coarguere? Quamquam, quantum ponderis aliunde accedat meæ causæ, post ea quæ supra disputavi, si denuo inculcarem, dum judicio diffiderem legentium, decentis minime adolescentem arrogantiæ subirem invidiam. Verum in tanto Platonicarum vocum, formarum, sententiarum studio memorabile inprimis est visum, quod operis de Legibus, quamvis argumento vicini, nullum certum vestigium appareat: quocirca existimes nondum fuisse editum, quum scriberetur Minos. Sed de editarum tempore Legum mox paullo viderimus: nostrum autem colloquium, si vera est, quam modo protulimus, conjectura, non poterit proœmium esse Platonicarum Legum: quod de genuino Cornarius putabat, alii etiam de spurio possent. Quamquam hoc ne tum quidem crederem, quum post libros illos Minoem scriptum scirem esse: nullam enim hujus cum illis video conjunctionem. Quare mihi non alius scripti finis videtur esse, quam Socratica expositio argumenti jam tum frequenter tractati, Lex quidnam sit et quænam civitates notionem legis quam sincerissime teneant: ita tamen, ut methodum philosophandi [32] exercere, quam rem ad exitum perducere fuerit potius propositum. At veteris esse et Attici scriptoris, probus sermo, antiqui mores, totus denique character spondent: Cebetis, quæ vulgo fertur Tabulam, aliquot ætatibus illam quidem Socrate recentiorem compares; totum dicendi ac sentiendi genus mutatum reperies. Accedit quod in Platonicis numeravit jam Byzantius Aristophanes, qui tertiam trilogiam suam confecit e Minoe, Legibus, Epinomide (v. Diog. lib. iii. 62. ubi legendum Μίνως, Νόμοι, Ἐπινομίς): quod illi nonnisi in vetusto satis scripto accidere poterat. Idem tamen, quum ducentis prope annis abesset a Platone, γνησιότητος testis non modo locupletior sed ne tam locuples quidem haberi debet, quam in Cicerone Quintilianus, Pedianus, Servius: præsertim quum vel vivo ac videnti Platoni supposita esse quædam appareat ex Epist. ii. p. 314. C. Jam explosa summi grammatici auctoritate non opus erit monere aliquid contra reliquos scriptores, qui partim ad Platonem auctorem opusculum referunt, partim lecti continent vestigia: Thrasyllum, Diogenem, Plutarchum Opp. Philos. p. 776. E. ac Thes. p. 7. A. ubi compilavit Min. p. 319. D. usque ad p. 321. A. Albinum Isagog. C. 5. Maximum Tyrium, qui e Minoe, ni fallor, hausit Diss. xii. p. 137. Dav. Alexandrum Aphrodisiensem in Aristot. El. Soph. fol. 51. B. Clementem Alexandrinum, [33] qui multa inde hausit suppresso nomine, ut Strom. i. p. 151. 33. e Min. p. 313. B. Strom. ii. p. 158. 13. e Min. p. 311. C. et p. 317. B. Servium in Virg. Æn. vi. 432. Proclum in Tim. ii. p. 96. in Polit. p. 366. p. 399. Stobæum Eclog. Eth. xlii. p. 278. præter Scholiorum ac Lexicorum auctores, et si qui alii animadversionem nostram fugerunt.

Hæc sufficient ad Minoem Platoni abjudicandum: superest, ut auctori suo vindicetur atque addicatur; quod quo facilius fiat, spurii dialogi, qui vulgo habentur in Platonicis, videntur in classes redigendi esse et colligendi quasi in fasciculos.

ΕΤ. Ἄλλο μοι[P] νῦν ἐφάνη.
§. 2. ΣΩ. Οὐκ ἄρα νόμος ἐστὶ τὰ νομιζόμενα.

ἀλλ' ὅμοιον] Ἄλλο μοὶ νῦν ἐφάνη, est fortasse vera lectio. Steph. qui sic in not. 'Pro ἀλλ' ὅμοιον νῦν ἐφάνη, legendo ἄλλο μοι νῦν ἐφάνη, (quæ adscripsi etiam margini) non magna cum mutatione habes valde diversum sensum, simulque multo aptiorem, meo quidem judicio. Neque vero diversum duntaxat tibi sensum exhibent illa verba, sed contrarium, quem tamen genuinum esse facile perspicies. Interrogaverat Socrates, an νόμος esset ἄλλο quam τὰ νομιζόμενα: respondet Minos, ἄλλο μοι νῦν ἐφάνη, id est, ἐφάνη ὁ νόμος ἄλλο ἢ τὰ νομιζόμενα. Ita autem esse legendum pariter et intelligendum hunc locum, ostendunt et quæ statim sequuntur.'

Illorum igitur præter Socratem omnibus communem, pars ceteros etiam collocutores nominibus, nonnulli et moribus propriis insignitos habent: pars et nominibus destitutos et reliquo ornatu. Atque ex illis quidem, in quibus numero Epinomidem, secundum Alcibiadem, Axiochum, Eryxiam, Clitophontem, Sisyphum, Demodocum, Erastas et Theagem, alius hominis est Alcibiades, alius Epinomis, reliqui aliorum: unius autem dixerim esse Erastas ac Theagem sibi simillimos, unius etiam Demodocum et Sisyphum: quorum alter est περὶ τοῦ συμβουλεύεσθαι, alter περὶ τοῦ βουλεύεσθαι; unde facile intelligitur, quod extremo Sisypho scriptor ait dignam esse rem, quæ iterum tractetur, impulisse eum ad componendum Demodocum. At hi dialogi cur sint habendi pro subditiis, hic non est dicendi locus: unum tamen addam, propter quod præcipue fortasse jam veteres Critici Axiochum, cetera nothorum, quos illi noverant, facile principem, et Demodocum confixerunt obelis suis. Etenim quum apud Platonem duo reperiantur genera dialogorum, dramaticum et diegematicum, et, si volueris, tertium ex utroque compositum, quod apud Diog. l. iii. 50. vocatur mixtum, ut est in Symposio ac Phædone; hic etiam quartum reperitur, sed illud sane absurdum, nec tam compositum ex utroque, quam confusum: Axiochus namque incipit διηγηματικῶς, progreditur et finitur δραματικῶς; Demodocus vero etiam ineptius principio dramaticus, progressu vero et exitu est diegematicus. Jam ii dialogi, in quibus cum Socrate colloquens persona incerta est et nullo nomine distincta, sunt Hipparchus, Minos, dialogi de Justo ac de Virtute, quos ex unius opificis officina, sutrina arbitror, prodiisse censeo. Supervacaneam rem agerem, si Minoem et Hipparchum ostenderem ab eodem conscriptos esse, quippe quo nihil apertius est ei, qui se in eorum familiaritatem penitus insinuaverit; inter Minoem autem et dialogum de Justo tanta est similitudo, ut jam Cornarius Eclog. x. p. 139. Lips. 'hujus modum' dixerit 'ad exemplum Minois efformatum;' de Virtute tandem dialogus quamvis e Menone compilatus, quantam cum dialogo de Justo congruentiam [35] habet! Atqui si Minos et Hipparchus tam similes sunt, ut ab eodem homine profectos non neges, præterea vero Minos et colloquium de Justo, item de Justo ac de Virtute dialogi; quatuor omnes concesseris ejusdem auctoris esse. Attamen inter duo ista paria, Hipparchum ac Minoem et dialogos de Justo et de Virtute, discrimen hoc est, quod posterius caret omni ornatu, ac macie pene confectum est; prius autem et veste paullo elegantiore est indutum, et habet succum quendam ac sanguinem. Sed cave, obsecro, ne tibi externa species ac splendor illudat: neque enim genuinus iste ornatus, sed fucatus et adscititius, nec sanguis est per ipsum corpus diffusus et vitalis, sed succus veluti jus aliquod extrinsecus affusum; quem si etiam ceteris affundere voluisset (et fortasse etiam voluit, ac tantum casu prætermisit postea) facili negotio scriptor potuisset. Detracta ista ad ostentationem induta Hipparcho et Minoi quasi leonina pelle, utriusque membrorum et totius corporis structuram consideres: et eundem asinum agnosces, qui in dialogis de Justo ac de Virtute nudum sese prostituit. Veluti autem Plato in Republica moralem quandam arithmeticen instituit, ut conceptas apud mentem virtutis notiones infinitas determinaret ac definitis rationibus complecteretur: statuarii instar, obversantem animo divinæ pulchritudinis imaginem adspectabili formæ implicare gestientis: [36] ita criticum ratiocinium experiri licet, et singulos dialogos singulis componentem et comparantem subducere rationes similitudinum. Pridem novi haud æquales summas fore in quoque pari ex singulis æribus confectas:

ΕΤ. Οὔ μοι δοκεῖ.
ΣΩ. Τί δῆτ' ἂν εἴη νόμος; ἐπισκεψώμεθα αὐτὸ ὧδε.[q]

ὅμοιον *s.—[q] δὲ αὐτὸ K, αὐτοὶ v.—[r] καί Ξzς.—[s] ἂν ἤρετο ς.—[t] τὰ om pr Ξ.—

§. 2. τί δῆτ' ἂν εἴη νόμος] Post vocem *νόμος* ponendum interrogationis signum. De Virt. p. 376. A. [s]Ἆρα διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλὰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται ἄνδρες ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ;— Ἀλλὰ ὧδε σκεψώμεθα αὐτό. Boeckh.

νόμος] Cur post vocem *νόμος* signo interrogationis interpunxerim, v. de Min. et Legg. p. 50. Boeckh.

---

neque tamen eæ different tantum, quantum fortasse putabunt nonnulli. Quum tamen neque tam paucis paginis, quam in ea licet consumere, perfecte absolvi, nec prorsus prætermitti res possit, mediam inter utrumque viam tenebo, atque ex universa disputatione quædam delibabo. Primum igitur, ut supra dixi, anonymus in quatuor omnibus secundarius collocutor est, eareque etiam *ἠθοποιΐᾳ* plus minus omnes carent: omnibus præterea ab argumento inscriptus titulus est et ad unam regulam exactus. Nam duo etiamnum vocantur *περὶ δικαίου* et *πῶς ἀρετῆς εἰ διδακτόν*; Minois autem antiqua inscriptio fuit *περὶ νόμου*, ut jam ostendimus; Hipparchi tandem nec hic ipse index, de quo ibidem diximus, nec alter *φιλοκερδής*, qui tamen agnoscitur a Diog. l. iii. 59. et Harpocr. v. *ἀναθέσθαι*, sed ille genuinus est, quem servavit Diogenis ed. Bas. *περὶ φιλοκερδοῦς*: quod demonstrare accurate possem, si lectoribus, quales mihi fingo, aliud quam admonitionem opus putarem esse. Quid vero quod in omnibus initium disputationis facit Socrates ipsa quæ tractatur quæstione? Min. *ὁ νόμος ἡμῖν τί ἐστιν*; Hipparch. *τί γὰρ τὸ φιλοκερδές*; *τί ποτε ἐστὶ*; *καὶ τίνες οἱ φιλοκερδεῖς*; De Just. *ἔχεις ἡμῖν εἰπεῖν ὅ, τι ἐστὶ τὸ δίκαιον*; De Virt. *ἆρα διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετή*; Universum autem modum philosophandi eundem, orationem in difficilibus brevem, prolixam in vulgaribus, transitus ab alia ad aliam seriem argumentorum justo liberiores, nimiam exemplorum copiam nihil efficientium, quin gyrum exemplorum, in quo continuo versantur, eundem reperies in omnibus. Sic rei illustrandæ causa confugitur Min. p. 313. B. Just. p. 372. C. ad organa sensoria vocemque; Min. p. 317. D. ad *γεωργὸν, αὐλητὴν, κιθαριστήν*; Hipparch. p. 225. C. ad *γεωργὸν*, p. 226. C. ad *αὐλητὴν, κιθαριστήν*; de Just. p. 375. B. ad *ἰατρὸν, γεωργόν*; Min. p. 316. C. ad *ἰατροὺς, γεωργικὰ, μαγείρους*; de Virt. p. 376. B. ad *μαγείρους, ἰατρόν*; Hipparch. p. 226. A. ad *ἱππικὸν*; de Virt. p. 373. C. ad *ἱππικὴν, κυνηγετικὴν, παιδοτρίβας*; Min. p. 317. E. ad *παιδοτρίβας*; p. 316. A. ad *βαρέα καὶ κοῦφα*, ut de Just. p. 373. B. C. E. Quid vero dicam de universa via disserendi? quæ in omnibus adeo eadem est, ut totæ *ῥήσεις* ad eandem plane normam reperiantur compositæ: qua de re certior fies, ubi accurate et ab omni parte contenderis ea, quæ citabo, loca; nam ne integra adscribam, vetat brevitatis lex, quam mihi imposui. Itaque conf. de Virt. p. 376. A. *ἀλλ' ὧδε σκεψώμεθα αὐτὸ*, usque ad D. *οὐκ ἔχομεν· οὐ γὰρ λέγεται*: de Just. p. 373. A. *ἀλλὰ πάλιν ὧδε*, usque ad C. *οὐκ ἔχω*: Min. [38] p. 316. E. *τίνων οὖν ἐστὶ τὰ περὶ κήπων ἐργασίας*, usque ad p. 317. A. *οὗτοι μὲν οὖν*. Item Hipparch. p. 230. A. *ἔστω γὰρ δὴ κέρδος τι ἀγαθὸν*, usque ad p. 231. A. *ὅτι δὴ καὶ τοῦτο κέρδος ἐστίν*: Min. p. 313. A. *σκόπει γὰρ δὴ ὁ τυγχάνω ἐρωτῶν σε*, usque ad p. 314. B. *τί οὖν ἂν τούτων ὑπολάβοιμεν μάλιστα τὸν νόμον εἶναι*: de Just. p. 373. C. *λέγοντες ἆρα ἡμᾶς διακρίνουσιν*, usque ad E. *τί ἔξομεν αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι*. Quibus locis quæ affinia leguntur Plat. Protag. p. 311. B—D. p. 312. C. D. p. 318. B. C. ea multo minus congruunt. Præterea conf. Min. p. 314. C. *λέγεις τινὰς σοφοὺς*, usque ad p. 315. A. *ἔστι γάρ*: de Just. p. 375. C. *ὁ δέ γε ταῦτα ποιῶν*, usque ad finem. Item de Just. p. 372. D. *ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἔχεις*, usque ad p. 373. B. *εὖ γ' εὗρες*: de Virt. p. 378. C. *ἀλλὰ δὴ εἰ μὴ διδακτόν ἐστιν* usque ad E. Nonnullæ porro ad doctrinam moralem pertinentes sententiæ pluribus horum dialogorum communes sunt, ut bonum bono non invidere de Virt. p. 377. A. Hipparch. p. 228. C. damno afficere malum, juvare esse bonum de Virt. p. 376. E. de Just. p. 374. B. neminem mala diligere aut odisse bona Hipparch. p. 227. B. de Virt. p. 376. E. Mirum est etiam, in tribus mentionem fieri *παιδικῶν* Min. p. 318.

εἴ τις ἡμᾶς τὰ νῦν δὴ λεγόμενα ἀνήρετο, Ἐπειδὴ ὄψει φατὲ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι, τίνι ὄντι τῇ ὄψει ὁρᾶται; II. 314.

B. Hipparch. p. 229. C. de Virt. p. 377. E. Jam hæc qui ea, quam res postulat, quaque ipse usus sum, diligentia comparaverit, nec tantum gustaverit primoribus labris, eundem in omnibus usum loquendi observatum animadvertet satis superque: quod, si omnia vellem singillatim persequi, accurate demonstrare possem; sed nihil prorsus lectori relinquere et quæ semel admonitus per se quisque invenire possit, longo sermone exponere, et inhumanum est et hominis typis chartisque intemperanter abutentis. Unum tantum addam, quod non alius in alio, sed iidem in omnibus dialogi expressi reperiantur, in eo quoque unum et eundem auctorem cerni. Ita quum in Minoe quædam ad Protagoræ modum conflata sint, ejusdem p. 345. C. in Hipparcho p. 229. A. vestigium acutissime reperit Schleiermacherus Vers. p. i. t. ii. p. 437. dialogi de Justo autem et periodus ista p. 372. C. *Μή μοι οὕτως κ. τ. λ.* ad Protag. p. 318. B. *ἀλλὰ μὴ οὕτως κ. τ. λ.* confecta, et præcipuum caput, quo docetur injustos invitos esse injustos versiculi ope falso scilicet interpretati, ductum videtur ex Protag. p. 345. D. ubi idem exponitur Simonidei versus usu. Ex Euthyphrone vero quid in Minoem venerit, jam ostendimus; ex eodem p. 7. B. desumpta sunt ista dialogi de Justo p. 372. D. *φέρε τὰ μείζω καὶ τὰ ἐλάττω*, usque ad p. 373. C. quod ultra modum verumque extulit Meiners Judic. de Socr. rell. p. xliii. ed. Æschin. Fischer. quemadmodum etiam illa Cornarii Eclog. x. p. 139. de compilata Republica dicta sunt. Dialogi de Virtute posteriorem partem e Menone fluxisse notum: attamen [40] accurata comparatio me edocuit, totum characterem scriptoris esse proprium, ac præter priorem partem etiam alia quædam in Menone non legi: ut quod p. 377. E. Periclis filii a collocutore secundario olim amati sed prima adolescentia dicuntur esse mortui. Sed et Hipparchi *ἠθοποιΐα* qualiscunque ad Menonis videtur exacta atque adumbrata. Quid enim, quod iste Pseudo-Hipparchus eandem quam Meno confidentiam et arrogantiam nisi habet, at certe simulat? quid quod uterque adolescens, in utroque Socrates senex est? quod hic a Socrate Anonymus, Socrates ab Anonymo, illic a Menone Socrates, ab eodem vero Meno falli se et circumveniri dicit? Cf. Hipparch. p. 225. D. p. 228. A. Menon. p. 76. A. p. 80. A. B. p. 81. E. Et omnino Menonis et personati Hipparchi color et habitus similis eatenus certe est, quatenus esse potest vivus color fucato et adscititio. Postremo Gorgiam in Minoe expressum esse demonstratum est: Hipparchi autem hæc p. 229. E. *ἀλλὰ μὴν καὶ ὥσπερ πεττεύων ἐθέλω σοὶ ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅ, τι βούλει τῶν εἰρημένων*, aperte sunt e Gorg. p. 461. D. *καὶ ἐγώ σοι ἐθέλω τῶν ὡμολογημένων, εἴ τί σοι δοκεῖ μὴ καλῶς ὡμολογῆσθαι, ἀναθέσθαι ὅ,τι ἂν σὺ βούλῃ*: uti etiam Heindorfius notavit. Eundem Gorgiæ locum expressit Cicero Hortensio apud Non. ii. 781. 'Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati [41] pœnitet,' quæ ex Hipparcho translata perperam censet Muretus V. L. ii. 13. Plura enim videtur acerrimus Platonis imitator, qui Gorgiam diligentissime legerat (v. Orat. i. 11.) ex hoc in Hortensium suum transtulisse; uti namque in Gorgia rhetorice a Socrate accusatur, a Sophistis et Callicle defenditur, philosophia autem ab illis accusata purgatur a Socrate: ita in Hortensio orator hic eloquentiæ partes tuetur, quam, ut Cicero ibidem ait, ipse in cœlum sustulisset, ut cum ea simul ascenderet; sapientiæ studium autem adversus crimina illius vindicatur. Sed redeo ad libellos nostros; de quibus jam nihil restat monendum, quam etiam de Justo ac de Virtute dialogos nihil habere neque in singulis verbis, neque in totius orationis conformatione, neque in sententiis, quamobrem eorum opinioni accedam, qui eos ab recentioribus Sophistis confectos putant: certe hinc, quod in dial. de Virtute Plato tam impudenter compilatus sit, ex sequiore eum ævo oriundum esse haud effeceris: neque enim posterioris ætatis homo quam ipsius Platonis æqualis impunius hujus loca in suum usum poterat convertere. Sed de hoc mox paullo viderimus: at siquidem recentiores fuerint, non nimis esse recentes, fidem facit Stobæus, qui ex iis ut Platonicis quædam retulit in eclogas suas morales. Ceterum in tota causa judicanda rogandum est, ne singula unice momenta pensentur: quorum per [42] se quodque debet aliquam quidem vim habere, neque tamen tantam, ut aliis ne indigeat: dummodo cunctis una in trutina positis inclinabit, satisfactum mihi putabo esse.

ἀπεκρινάμεθ' ἂν αὐτῷ ὅτι αἰσθήσει ταύτῃ τῇ διὰ τῶν[u] ὀφθαλμῶν δηλούσῃ ἡμῖν[v] τὰ χρώματα.[w] εἰ δ' αὖ ἤρετο,[x]

[u] μῶν...τῶν om Ξc.—[v] ἡμῖν om AKvzbf.—[w] πράγματα AKvzbf.—[x] αὖ ἤρετο AKvz

τῇ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν δηλούσῃ ἡμῖν τὰ χρώματα κ. τ. λ.] Totus locus inde abs τῇ διὰ τῶν ὀφθ. usque ad verbum ὥτων omissus in Ald. est, relicto spatio. Bas. 2. sic expletum exhibet: τῇ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ εἰ, τίνι τὰ ἀκουόμενα, τῇ διὰ τῶν ὥτων, breviloquentius quam pro scriptoris more. Stephani textus totus est ex Cornarii emendatione; nisi quod ante illa ὅτι αἰσθήσει τῇ διὰ τῶν ὥτων adjectum est αὐτῷ, quod agnoscit Leid. Hæc vero textus constitutio, sive ab ipso Cornario, sive e libro profecta, maximam quidem partem bona est et codicum auctoritate firmata: quædam tamen ex his ipsis aliter a me edita sunt. Sed ordine de variis lectionibus exponam. Par. Leid. πράγματα habent, non χρώματα; sed χρώματα etiam Ficinus ante oculos habuit: nec visus ad res generatim, sed ad colores pertinet. V. Charmid. p. 35. D. Theætet. p. 156. B. Phileb. p. 51. B. Tim. p. 67. D. Pollux vi. 178. Εὕρεσις πραγμάτων, ὄψις χρωμάτων. In Definit. p. 411. C. est quidem ὄψις διακριτικὴ σωμάτων: sed aliud est σῶμα, aliud πρᾶγμα. Boeckh.

εἰ δὲ αὖθις ἀνήρετο τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται;] Ita Cornar. et Steph. Nos vero ex Par. Leid. revocavimus: εἰ δ' αὖ ἤρετο ἡμᾶς, ἐπειδὴ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ; Gorg. p. 457. A. ὥσπερ ἂν εἴ τίς με ἔροιτο ὧν νῦν δὴ ἔλεγον περὶ ἡστινοσοῦν τῶν τεχνῶν, ὦ Σώκρατες, τίς ἐστιν ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη; εἴποιμ' ἂν αὐτῷ κ. τ. λ. εἰ δ' αὖ ἔροιτο, τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἂν κ. τ. λ. Alcib. pr. p. 126. A. ἄμεινον δὲ διοικεῖται καὶ σώζεται τίνος παραγιγνομένου ἢ ἀπογιγνομένου; ὥσπερ ἂν (ita cod. Ven.) εἰ σύ μ' ἔροιο, ἄμεινον διοικεῖται σῶμα καὶ σώζεται τίνος παραγιγνομένου ἢ ἀπογιγνομένου; εἴποιμ' ἄν, ὅτι ὑγιείας μὲν παραγιγνομένης, νόσου δὲ ἀπογιγνομένης. οὐ καὶ σὺ οἴει οὕτω; Ἀλκ. Ναί. Σω. Καὶ εἴ μ' αὖ ἔροιο, τίνος δ' αὖ ἄμεινον ὄμματα; ὡσαύτως εἴποιμ' ἂν κ. τ. λ. Boeckh.

Etenim nulla argumentorum divisione causa nequit cognosci: verum ut in jure civili non ex uno alteroque capite lis æstimatur, sed ex universa accusatione, ita in hoc litterario quoque judicio statuendum est: nec Platonem ex uno alteroque orationis membro agnoscimus, neque amicum ex pede vel manu, sed ex toto quemvis et consummato corpore vel saltem parte quadam eximia, sicuti hominem e vultu, et ex ungue leonem, quod aiunt. At si qui sunt, qui diffidant rationibus nostris, eos unice quæsumus, conferant singulos quosque istorum dialogorum cum proximo quoque cujuscunque scriptoris loco magnitudinis fere nec majoris nec minoris, exceptis a quibus sua Noster mutuatus est, et ne iis quidem, pene dixerim: ac videant, num tanta inter hos, quanta sit inter istos congruentia.

Hæc olim ex animi sententia commentatus eram, nullo ejusmodi præjudicio ductus, ut præceptæ alicui, quam foverem, sententiæ accommodarem, sed quod mihi probabilia maxime viderentur: fore unquam, ut homo reperiretur, qui nullis præterea conditionibus, nec addi quidquam nec detrahi pactis postulans, parentem tam bellæ prolis se sponte profiteretur, atque illius sustentandæ onus in se recipe-ret, [13] ambitiosa spes parumque modica videbatur esse. Ecce opportune oblatus est Simon Atheniensis, de quo hæc Diog. l. ii. 122. 123. Σίμων Ἀθηναῖος, σκυτοτόμος. οὗτος ἐρχομένου Σωκράτους ἐπὶ τὸ ἐργαστήριον, καὶ διαλεγομένου τινὰ, ὧν ἐμνημόνευεν ὑποσημειώσεις ἐποιεῖτο· ὅθεν σκυτικοὺς αὐτοῦ τοὺς διαλόγους καλοῦσιν. Εἰσὶ δὲ τρεῖς καὶ τριάκοντα ἐν ἑνὶ φερόμενοι βιβλίῳ. Sequuntur indices, ex quibus hos tantum pono: περὶ δικαίου πρῶτος, δεύτερος· περὶ ἀρετῆς, ὅτι οὐ διδακτὸν, περὶ νόμου, περὶ φιλοκερδοῦς—οὗτος, φασὶ, πρῶτος. διελέχθη τοὺς λόγους τοὺς Σωκρατικούς· ἐπαγγειλαμένου δὲ Περικλέους θρέψειν αὐτὸν, οὐκ ἂν, ἔφη, τὴν παῤῥησίαν ἀποδόσθαι. Ejusdem fertur epistola ad Aristippum, quæ est Socraticarum xii. unde paucula habet Stob. Eclog. eth. xvii. p. 156. Sed hæc conficta est ab eodem homine, qui scripsit Aristippi ad Simonem litteras Socr. xiii. et reliquas, in quibus Simonis mentio fit, epistolas, Socr. ix. et xi. Aristippi, et xviii. Xenophontis. Ad quam Socraticarum epistolarum collectionem quum semel sim delatus,

Τί δαί; ἐπειδὴ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ;[y] ἀπεκρινάμεθ' ἂν αὐτῷ ὅτι αἰσθήσει ταύτῃ[z] τῇ διὰ

bf: αὖθις ἀνήρετο *ς.—[y] τί δαὶ ἐπειδη ἀκοῆι τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ A: τί δὲ ἐπειδη τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ vzbf: ἡμᾶς ἐπειδὴ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται, τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ K: τίνι ὄντι τῇ ἀκοῇ τὰ ἀκουόμενα ἀκούεται Ξcs.—[z] ὅτι αἰσθήσει ταύτηι in mg ponit A: ταύτῃ om *ς.—[a] τίνι...νομί-

ὅτι αἰσθήσει] Hæc verba etiam Leid. omittit ante illa τῇ διὰ τῶν ὤτων; sed agnoscit Par. Fic. *sensum, qui per aures vocem haurit.* Equidem additum malim ταύτῃ, ut supra αἰσθήσει ταύτῃ τῇ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν δηλούσῃ ἡμῖν τὰ χρώματα. Boeckh.

---

hoc quoque annotem, quod Diog. L. iii. 61. et Suid. v. εὖ πράττειν xiii. Platonis epistolas numerent, inter quas iv. ad Dionysium, quum in edd. Platonis sint tantum xii. et quidem ad Dionysium iii. quæ res molestiam creabat Tennemanno Syst. Plat. Phil. t. i. p. 107. et p. 111. ei igitur rei lucem ex ista epistolarum farragine petendam esse: quippe [44] Laertius etiam illam epistolam, quæ est in Socraticis xxiv. ut ceteras pro genuina habens numeravit in Platonicis. De Simone cf. etiam Suid. v. Σωκράτης, Plutarch. Op. philos. p. 776. B. Ridicule autem vilium sutoris et σκυτικῶν διαλόγων jacturam deplorat Bruckerus Hist. crit. Philos. t. i. p. 577. ita scribens: 'Edidit vero dialogos triginta tres, quos tamen omnes tempus nobis invidit, nec eorum quidquam superest, quæ in litteras retulit.' At lepidum quam ridiculum potius dixerim Franc. Hemsterhusium, Tib. F. qui elegantissimum dialogum Simonis nostri nomine inscripsit et de vita ejus plura ingeniose finxit. Equidem quid sit, quod in tanto cum honore plerique omnes habuerint, adhuc requiro. Nam quod Leo Allatius de Simeonib. p. 197. e Phædonis dialogi inscriptione a Simonis nomine petita (v. Diog. L. ii. 105. Suid. v. Φαίδων) magnifice de eo æquales sensisse colligit, hoc est ejusmodi, ac si propter Euthyphronis indicem Platonici clarissimum virum Euthyphronem fuisse putes. Scilicet derisisse Simonis sapientias Phædonem in hoc dialogo, ut in Euthyphrone Plato fecit cum vate illo, intelligitur e principio epistolæ Aristippeæ xiii. οὐκ ἐγώ σε κωμῳδῶ ἀλλὰ Φαίδων κ. τ. λ. talia enim, qui epistolas istas confinxit, haud dubie acceperat a majoribus. Sed ut veniam ad rem, cui non dignum consideratione videatur, Simoni tribui apud Laert. [45] quatuor dialogos instructos iisdem titulis, quos genuinos nostrorum esse supra ostendimus; quod enim dial. περὶ ἀρετῆς hodie inscribitur περὶ ἀρετῆς εἰ διδακτόν, apud Diog. autem est accuratius ὅτι οὐ διδακτόν, nullius est momenti: dialogos præterea ejusdem fere magnitudinis (erant enim xxxiii. uno volumine constipati): dialogos pariter indubie ineptos, ut quos per contemptum veteres σκυτικοὺς appellarint: dialogos denique in quibus, ut in nostris, indicibus ab argumento desumptis, cum Socrate colloquens persona nullo nomine videatur insignita fuisse? Quid quod talia argumenta, qualia sunt τὸ φιλοκερδὲς et περὶ ἀρετῆς ὅτι οὐ διδακτόν, non ita frequenter tractabantur? quamquam posterius præter Platonem etiam Crito apud Diog. L. ii. 121. et Pythagoreus quidam apud Gal. opusc. myth. p. 726. et recentiores nonnulli sunt aggressi. Quid quod mirus casus ac vix casus esset, qui tam inter se congruentes duos scriptores creasset? Hæc magnopere mihi (et cuinam secus videbitur?) reddunt verisimile, non alios esse quatuor nostros dialogos atque illos, qui apud Diog. Simoni Socratico tribuuntur. Et nunc quidem jam possem finem imponere disputationi et peritorum judicia exspectare, nisi quem modo produxi et restitui, ejus tuendi etiam officium mihi injunctum putarem esse, eareque tela nonnulla, quæ in Simonem meum possent conjici, ante propositum esset profligare quam conjicerentur. [46] Quæ tela eo minus valent apud animum meum, quanto plus tribuo honorificentissimo Wolfii consensui, qui se in eadem qua ego sententia fuisse, declaravit in familiari sermone. Primum nescio an cui mirum videatur, quod hominem, qui jam Periclis temporibus media ætate videatur fuisse, auctorem faciam scriptorum, in quibus tam novorum Platonis dialogorum imitationes deprehendantur. Sed si nec plus multo nec minus triginta annis ante Platonem notum Simonem statuas, utrumque potest cadere in eum: ne-

τῶν ὤτων δηλούσῃ ἡμῖν τὰς φωνάς. οὕτω τοίνυν καὶ εἰ ἀνέροιτο ἡμᾶς, Ἐπειδὴ νόμῳ τὰ νομιζόμενα νομίζεται, τίνι[a]

τίνι ὄντι τῷ νόμῳ νομίζεται] Hæc Stephanus et habent Par. Leid. ex quo quum abessent ab Ald. Bas. 2. adjecit præterea articulum τῷ revocavi. Bekker.

---

que enim ex iis, quos dixi, dialogis ullus post Ol. C. editus videtur esse; sed Protagoras quidem, Euthyphron et Gorgias sunt inter juvenilia Philosophi scripta, Meno vero circiter Ol. xcvi. vel xcvii. videtur compositus esse, paullo post donatas a magno Rege Ismeniæ pecunias (cf. Menon. p. 90. A. cum Xenoph. Hellen. iii. 5. Plat. Rep. i. p. 336. A. Plutarch. Artax. p. 1021. D. Lysandr. p. 448. E. Pausan. iii. 9.) et Symposium Ol. xcix. (v. Wolf. Introd. p. lv.); nec multo post conscriptos ceteros dialogos putaverim in istis commentariolis expressos. Quod vero apud Diog. L. Simon tantum Socratis sermonum ὑποσημειώσεις dicitur fecisse, his autem colloquiis Platonis potissimum norma ac regula adhibita est: quid obstat quominus quatuor vel sex e xxxiii. non ex Socratis ore audita, sed ad Platonis modum conformata putes [47] fuisse? Quamquam in tanta Diogenis ἀκρισίᾳ ne illud quidem certum videtur, an omnino Socraticorum Simonei dialogi fuerint ὑποσημειώσεις: sane poterant hi ipsi, quos nos tractamus, quamvis ex Platone expressi, haberi pro talibus. Jam autem illa ætate utrum æquævus scriptor ejusmodi plagium potuerit committere, quale qui composuit dialogum de virtute, in Menone ausus est, requiris? Nimirum nisi pluribus id exemplis nossemus, multo id quam nunc impunius licuisse vel inde intelligeremus, quod tunc non quivis libellus omnibus innotesceret, nec referretur in censorias tabulas, in quibus hæ fraudes detegerentur. Atque etiam tum in tanta hominum otiosorum abundantia ineptissimus quisque scriptor habebat, a quibus studiose legeretur; nec Platonem attingebat cui Simon, nec Simonem cui Plato arrideret. Itaque quæ Philosophus elegantioribus et eruditioribus majori sapientiæ atque eloquentiæ apparatu in Menone disseruerat, ea sutor scilicet compendiosius et popularius, quod etiamnum solet fieri, recisis quæ ad geometriam et altiores philosophiæ quæstiones pertinerent, sodalibus suis, pro eorum parata sapore, poterat apponere. Atqui ut dialogi non infra Simonis dignitatem sunt: quænam enim dignitas est sutoris ultra crepidam sapientis, et quid exspectes de βαναύσῳ nuper philosophiam aggresso, quam, ut ipse Plato dicit accommodatissimo [48] ad rem nostram loco Rep. vi. p. 495. C. id genus homines, fortasse ipsum Simonem tangens, γεννήματα νόθα καὶ φαῦλα? ut igitur, inquam, non indigni Simone sunt, ita nec inepta doctrina per Hipparchum et Minoem sparsa deterrere debet quemquam ne a sutore progenitos putet: quippe et vetus et novum ævum et doctos tulit sutores et indoctos philosophos. Attamen quum Panætius, homo non ignobilis, apud Diog. L. ii. 64. genuinos nullos præter Xenophontis, Antisthenis et Æschinis dialogos Socraticorum agnoscat, eatenus tantum hæc opuscula Simoni tribuo, quatenus ea, quæ Laertius intelligit, ad eum poterant referri. Quamquam ne Panætio quidem temere credendum, quem cupidum nimis in critica facienda fuisse, declarat mira illa Platonici Phædonis ἀθέτησις; qua qui eum liberant, nituntur parum firma conjectura. Sed qui, inquit, factum est, quod videris statuere, ut Minos et Hipparchus a Diogene, Thrasyllo atque ipso Byzantio Aristophane inter Platonica haberentur, et tamen iidem, modo aliter inscripti, a Diogene numerarentur in Simoneis? Hoc quamvis sententiæ minime tenacem nondum tamen movit, ut ea decedam. Nam Diogenis mores quis est qui ignoret? quem dialogos Simonis nec habuisse verisimile est, nec si habuisset, gnaviter lecturum fuisse. Et Thrasyllum etiam ignobilis hominis commentarii, quod [49] illius ævi maximum incommodum fuit, latere poterant licet in vicina forsan domo servati. Et quid Critici Alexandrini? ex quibus qui Platoni dicitur operam dicasse apud Diog. L. iii. 61. Aristophanes Byzantius, is in ceteris suis gravioribus occupationibus vilissimi scriptoris fortasse tantum duos tres dialogos, qui primi occurrebant, curiose legit, mox frustratam sentiens spem bonæ frugis, rursus involucro condidit putidas chartas. Quid quod ne de hoc quidem satis constat, annon ætate Alexandrinorum Minos et Hipparchus Platonis an Simonis essent, fuerit ambiguum? Certe Æliani dubitatio de Hipparcho non est aliunde, quam ex tabulis veterum Criticorum derivanda. V. Wolf. Proleg. ad Hom. p. 154. Etenim sive fraude sive casu, nondum

ὄντι τῷ[b] νόμῳ νομίζηται; πότερον αἰσθήσει τινὶ ἢ[c] δηλώσει, ὥς περ τὰ μανθανόμενα μανθάνεται δηλούσῃ τῇ ἐπιστήμῃ, ἢ εὑρέσει[d] τινί, ὥς περ τὰ εὑρισκόμενα εὑρίσκεται, οἷον τὰ μὲν ὑγιεινὰ καὶ[e] νοσώδη ἰατρικῇ, ἃ δὲ οἱ θεοὶ διανοοῦνται, ὥς φασιν οἱ μάντεις, μαντικῇ;[f] ἦ[g] γάρ που τέχνη ἡμῖν εὕρεσίς ἐστι τῶν πραγμάτων. ἦ γάρ; i. ii. 251.

ζεται om Ξ.—[b] τῷ add AKυzbf.—[c] ἢ om f.—[d] εὑρήσει b.—[e] post καὶ omisi τὰ cum A.—[f] μαντικῇ om ΞKυzbcf.—[g] ἡ A: μαντικὴ *σ.—[h] : τὰ AΞK.—[i] καὶ τὰ

ὥσπερ τὰ μανθαν.] Includenda parenthesews notis censuerim hæc verba, ὥσπερ τὰ μανθανόμενα μανθάνεται δηλούσῃ τῇ ἐπιστήμῃ. ut relicta parenthesi ita dicamus, τίνι ὄντι νόμῳ νομίζεται, πότερον αἰσθήσει τινὶ, ἢ δηλώσει; ἢ εὑρέσει τινί; Perinde ac si diceret, νόμος ᾧ νομίζεται, τί ἐστι; πότερον αἴσθησίς τις, ἢ δήλωσις; ἢ εὕρεσίς τις; Atque ita fuerit ὄντι repetendum cum dativis sequentibus: hoc modo, τίνι ὄντι νόμῳ; πότερον ὄντι αἰσθήσει τινὶ, ἢ ὄντι δηλώσει; ἢ ὄντι εὑρέσει τινί; Steph.

τὰ μὲν ὑγιεινὰ καὶ τὰ νοσώδη] Leid. καὶ νοσώδη. Non male. Charmid. p. 171. A. τούτῳ μὲν οὖν καὶ ἡ ἰατρικὴ δὴ ἑτέρα εἶναι τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν ὡρίσθη, τῷ τοῦ ὑγιεινοῦ εἶναι καὶ νοσώδους ἐπιστήμη. B. ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ἄρα καὶ νοσωδέσιν ἐπισκέψεται τὸν ἰατρόν. Lach. p. 195. C. τὸ ὑγιεινὸν εἰπεῖν οἷόν τε καὶ νοσῶδες. Rep. iv. p. 438. E. ὡς ἄρα καὶ τῶν ὑγιεινῶν καὶ νοσωδῶν ἡ ἐπιστήμη ὑγιεινὴ καὶ νοσώδης. Sed et contraria exempla sunt. Boeckh.

μαντικῇ. μαντικὴ] Ald. non habet μαντικῇ; quod quamquam non probabam, numquam tamen de vulgatæ lectionis veritate non dubitabam. Quid enim? Num ars divinandi simpliciter rerum potest inventio appellari? Annon etiam medica ars et coquinaria et poetica et tua fortasse propria, bone scriptor, sutoria rerum est inventio? An medicamina, an jura, an poemata, an calcei et caligæ nullæ res sunt? Ita Noster, quisquis est, minime censebat, qui modo ipse dixit, non universe rerum, sed divinarum rerum inventionem esse μαντικήν: eorum, inquit, ἃ οἱ θεοὶ διανοοῦνται. Sic ipse etiam Plato, ubicunque de arte divinandi loquitur, vel ad divina eam vel ad futura refert. V. Phædr. p. 244. C. Euthyphr. p. 3. C. Sympos. p. 188. B. Politic. p. 290. C. Lach. p. 195. E. Nec simpliciter εὕρεσιν πραγμάτων dixit τὴν μαντικὴν Scriptor Definit. p. 414. B. qui, μαντικὴ, inquit, ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ. Hoc Marsilius, qui ut Platonicus, non ignarus fuit harum rerum, bene intellexit, ideoque expedire se e difficultate voluit hac interpretatione: *Vaticinium namque talium rerum inventio est.* Sed undenam illud

---

consummato operum Platonicorum corpore, Platonem auctorem mentientes dialogi in bibliothecam illati erant, qui pridem aliis nominibus inscripti in Simoneis extarent; non modo a diversis, sed ab eodem Critico πίνακας conficiente et in Platonicorum et in Simoneorum indicem iidem referri et poterant et debebant: quod incertum reddebat libri auctorem. Jam ut hujus conditionis scriptis adjecti obeli fuerint, quod tamen non est certum, quis nescit, qui ad Diogenis modum aliorum scrinia compilent et ex iis Bibliothecas congerant, criticorum vim telorum raro sentire et tantum non spernere ac deridere? Ecquis error tam frequens [50] est apud istos, quam ut ex uno auctore plures, ex pluribus unum faciant, aut eosdem libros diversis nominibus insignitos, bis ponant? Quod haud semel accidit Diogeni in Aristotele et aliis. Postremo nonne hodieque in magnis bibliothecis contingit, ut eadem opera contenta diversis codicibus non eosdem titulos præ se ferentibus, etiam a peritissimis habeantur pro diversis? Idem arbitror accidisse in quatuor his dialogis. Nimirum dum amplior erat optimorum scriptorum copia, nemo merito curabat magnopere istas sordes: at nunc in tanto nobis meliorum librorum naufragio etiam Simonis tabulæ servandæ et in Græcarum templi litterarum angulo quodam erunt reponendæ. Boeckh.

ΕΤ. Πάνυ γε.

§. 3. ΣΩ. Τί οὖν ἂν τούτων ὑπολάβοιμεν μάλιστα τὸν νόμον εἶναι;

ΕΤ. Τὰ[h] δόγματα ταῦτα καὶ ψηφίσματα,[i] ἔμοιγε[j] δοκεῖ. τί γὰρ ἄν ἄλλο τις φαίη νόμον εἶναι; ὥστε κινδυνεύει, ὃ σὺ ἐρωτᾷς, τὸ ὅλον τοῦτο, νόμος δόγμα πόλεως εἶναι.

ΣΩ. Δόξαν, ὡς ἔοικε, λέγεις πολιτικὴν τὸν νόμον.

ΕΤ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ ἴσως καλῶς λέγεις· τάχα δὲ ἄμεινον εἰσόμεθα ὧδε.[k] λέγεις τινὰς σοφούς;

ΕΤ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν οἱ σοφοὶ εἰσὶ σοφίᾳ[l] σοφοί;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Τί δέ;[m] οἱ δίκαιοι δικαιοσύνῃ δίκαιοι;

ΕΤ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οἱ νόμιμοι νόμῳ νόμιμοι;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οἱ δὲ ἄνομοι[n] ἀνομίᾳ ἄνομοι;

ψηφ. K.—[j] hoc priori continuant AΞK.—[k] ὧδε ἄμεινον εἰσόμεθα AKvzbcf.—[l] εἰ σοφοί εἰσι, σοφίᾳ εἰσι K.—[m] δαί corr A.—[n] ἄνομοι AKvb, qui sic et posthac: ἀνό-

talium in translationem venit? Scilicet ex studio vertendi, quæ debebant emendari. Ecce egregius Leid. liber egregiam lectionem suppeditat: μαντικῇ. Ἡ γάρ που τέχνη—Hæc est unice vera scriptura. Postquam enim Socrates dixit se quærere, quid sit lex, αἴσθησις an δήλωσις an εὕρεσις, pertractatis prioribus duabus notionibus postremo loco εὕρεσιν aggreditur, suamque de ea sententiam exemplis conatur illustrare. Itaque medicorum et vatum artem in medium affert, et illam positam dicit in salubrium noxiarumque rerum inventione, hanc in eorum, quæ dii cogitant, indagatione. Quum igitur medicorum vatumque artem appellet inventionem rerum ad illos pertinentium, *ipsam artem* vides scriptori nihil aliud esse quam *rerum inventionem*: quod quum ex ipso hoc loco appareat, jam non opus est aliunde adstruere, veterum nonnullos artem ita definisse. Apte etiam εὕρεσιν ait ad artem pertinere, quum δήλωσιν dicat esse scientiæ. Postremo nescio an hinc Pollux vi. 178. duxerit verba εὕρεσις πραγμάτων. Boeckh. [p. 51.]

ἡ γάρ που τέχνη] Quod scripsi argumentis firmavi in lib. de Min. et Legg. p. 51. sqq. neque aliter codex Tubingensis apud Censorem in Ephem. litt. Lips. a. 1806. p. 890. Boeckh.

§. 3. ἀνόμιμοι] Et hic et paulo post invenitur scriptum ἄνομοι: quam lectionem esse genuinam puto. Interim tamen vulgaria lexica non alius quam hujus loci auctoritate nituntur ad nominis ἀνόμιμος assertionem. Steph.

οἱ δὲ ἀνόμιμοι ἀνομίᾳ ἀνόμιμοι] Et hic et paullo post ex codd. Paris. Leid. scribendum ἄνομοι. Nam ἀνόμιμος, quod unius hujus loci auctoritate H. Stephanus, quem secuti sunt reliqui, in Thes. tom. ii. p. 1030. E. retulit, addita nota: 'Sicut a νόμος fit ἄνομος, sic a νόμιμος fit ἀνόμιμος, præfixo α privativo,' hæc

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οἱ δὲ νόμιμοι δίκαιοι;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οἱ δὲ ἄνομοι ἄδικοι; I. H. 252.

ΕΤ. Ἄδικοι.

ΣΩ. Οὐκοῦν κάλλιστον ἡ δικαιοσύνη τε καὶ ὁ νόμος;

ΕΤ. Οὕτως.

ΣΩ. Αἴσχιστον δὲ[o] ἡ ἀδικία τε[p] καὶ ἡ[q] ἀνομία;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ τὸ μὲν[r] σώζει τὰς πόλεις καὶ τἆλλα πάντα, τὸ δὲ ἀπόλλυσι καὶ ἀνατρέπει;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Ὡς περὶ καλοῦ ἄρα τινὸς ὄντος[s] δεῖ[t] τοῦ νόμου διανοεῖσθαι, καὶ ὡς ἀγαθὸν αὐτὸ[u] ζητεῖν.

ΕΤ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Οὐκοῦν δόγμα ἔφαμεν εἶναι πόλεως τὸν νόμον;

ΕΤ. Ἔφαμεν γάρ.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἔστι τὰ μὲν χρηστὰ[v] δόγματα, τὰ δὲ πονηρά;

ΕΤ. Ἔστι μὲν οὖν.

ΣΩ. Καὶ μὴν[w] νόμος γε οὐκ ἦν πονηρός.

ΕΤ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς[x] ἔχει ἀποκρίνεσθαι οὕτως ἁπλῶς ὅτι νόμος ἐστὶ δόγμα[y] πόλεως.

ΕΤ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.

μιμοι *s.—[o] τε Ξzcf.—[p] τε om Ξ.—[q] ἡ add Avb.—[r] μὲν om vb.—[s] ὄντως vb.—[t] δὴ Ξzc.—[u] αὐτῶ zf et pr b.—[v] χρυσα rb, χρυσᾶ zcf.—[w] μὴ z.—[x] ὀρθῶς...ἔμοιγε om f.—[y] δόγματα v.—[z] αὐτό vzbfs.—[a] οὐχὶ f.—[b] ᾖδει c.—[c] οὐχὶ vzbf.—[d] ὁ...ἐξ-ηστα

igitur vox nihili est et prorsus barbara. Nam substantiva in os desinentia, quæ præfixo α privante faciunt negantia adjectiva, et mutato finali os in terminationem ιμος affirmantia, non faciunt privativa composita ex affirmante adjectivo in ιμος et littera α. Ita λόγος, ἄλογος, λόγιμος: μόρος, ἄμορος, μόριμος: τρόφος, ἄτροφος, τρόφιμος: γόνος, ἄγονος, γόνιμος; sed ἀλόγιμος, ἀμόριμος etc. nusquam legitur. Nec ἀνόμιμος, sed unum ἄνομος agnoscitur a vett. lexicographis. Boeckh. [p. 53.]

Ternis locis expuli vocem barbaram ἀνόμιμοι, auctoritate codd. Par. et Leid. assentiente cod. Tubing. V. ad Min. et Legg. p. 53. Boeckh.

ἡ ἀδικία τε καὶ ἡ ἀνομία] E Leid. reposui, ut sermo melius responderet prægressis ἡ δικαιοσύνη τε καὶ ὁ νόμος. Boeckh.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα ἁρμόττοι ἂν τὸ πονηρὸν δόγμα νόμος εἶναι.

ΕΤ. Οὐ δῆτα.

i. ii. 253. §. 4. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν δόξα γέ τις καὶ αὐτῷ[z] μοι καταφαίνεται ὁ νόμος εἶναι. ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἡ[a] πονηρὰ δόξα, ἆρα οὐκ ἤδη[b] τοῦτο κατάδηλον ὡς ἡ χρηστή, εἴ περ δόξα νόμος ἐστί;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Δόξα δὲ χρηστὴ τίς ἐστιν; οὐχ ἡ[c] ἀληθής;

ΕΤ. Ναί.

ὑπὲρ μόρον] H. e. ὑπὲρ τὸ πεπρωμένον, ut explicat Pseudo-Didymus, *præter fatum, quod hominibus non est destinatum.* Ejusmodi mala iis non eventura erant. Sic interpretatur Ernesti ad l. d. Homeri. Cæterum sententia vetustatis superstitiosæ, cuique esse sua fata, satis nota est. v. Hom. Il. χ. 210. Quod fit satis convenienter, fit *fataliter.* Sic *fataliter mori*, h. e. νοσήσαντα τελευτᾷν Eutr. i. 10. Dionys. v. 314. sive *sua morte defungi*, ut est apud Suet. Cæs. 89. quæ mors dicitur fatalis et naturalis, (v. Casaub. ad Suet. p. 64.) et opponitur violentæ. v. Virg. Æn. iv. 696. et Donat. Unde 'male mori' Plin. Ep. iii. 16. de Arria: 'nihil agitis, potestis enim efficere, ut male moriar.' Quæ forma, ut Ernesti, in epist. Gesneri Plinio adjecta, observat, et in eos cadit, qui in aqua, aut turpi imbellique bestia perierunt. Impiam interim sententiam, facta hominum a necessitate naturæ quadam proficisci inevitabili, Claudianus, Proserpinæ Parcas et fatum subjiciens, rejecit, ut præclare monet Gesnerus ad l. ii. Rapt. Pros. v. 305. Gottleb.

§. 9. κινδυνεύει] For. κινδυνεύοι. Steph.

τὰ δὲ δεινὰ] In Antholog. Epigram. legitur, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις. Plato autem fortasse legit ἀπαλέξοις apud ipsum poetam: ideoque dicit (tanquam sententiam duntaxat commemorans) ἀπαλέξειν κελεύει. Sic infra, de eodem, τὰ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν ἐκέλευσεν. Steph.

τὰ δὲ δεινὰ] Leguntur hi duo versus in Antholog.Gr. (Brunck. Ἀδεσπ. 466.) cum hac varietate, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων

κελεύει. ἐμοὶ μὲν οὖν καλῶς δοκεῖ καὶ ἀσφαλῶς λέγειν ὁ ποιητής· σὺ δ' εἴ τι ἐν νῷ[e] ἔχεις πρὸς ταῦτα, μὴ σιώπα.

ΑΛ. Χαλεπόν, ὦ Σώκρατες, ἐστὶν ἀντιλέγειν πρὸς τὰ καλῶς εἰρημένα. ἐκεῖνο δ' οὖν ἐννοῶ, ὅσων κακῶν[f] αἰτία ἡ ἄγνοια τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόθ',[g] ὡς ἔοικε, λελήθαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ ταύτην καὶ πράττοντες καὶ τό γε[h] ἔσχατον εὐχόμενοι ἡμῖν αὐτοῖς τὰ κάκιστα.[i] ὃ περ οὖν οὐδεὶς ἂν[j] οἰηθείη, ἀλλὰ τοῦτό γε πᾶς ἂν οἴοιτο ἱκανὸς[k] εἶναι,[l] αὐτὸς αὑτῷ τὰ βέλτιστα εὔξασθαι ἀλλ' οὐ τὰ κάκιστα. τοῦτο μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς κατάρᾳ τινὶ ἀλλ' οὐκ εὐχῇ ὅμοιον ἂν εἴη.

1. ii. 282. ΣΩ. Ἀλλ' ἴσως, ὦ βέλτιστε, φαίη ἄν τις ἀνὴρ ὃς ἐμοῦ τε καὶ σοῦ σοφώτερος ὢν τυγχάνοι,[m] οὐκ ὀρθῶς ἡμᾶς λέγειν, οὕτως εἰκῇ ψέγοντας ἄγνοιαν, εἰ γε μὴ προσθείημεν τὴν ἔστιν ἃ τε ἄγνοιαν καὶ ἔστιν οἷς καὶ ἔχουσί πως ἀγαθόν, ὥσπερ ἐκείνοις κακόν.

ΑΛ. Πῶς λέγεις; ἔστι γὰρ ὁτιοῦν πρᾶγμα ὁτῳδὴ[n] ὁπωσοῦν ἔχοντι ἄμεινον ἀγνοεῖν[o] ἢ γιγνώσκειν;

ΣΩ. Ἔμοιγε δοκεῖ· σοὶ δ' οὔ;

ΑΛ. Οὐ μέντοι μὰ Δία.

ΑΔΠΒ et pr Γ.—[e] ὁπόθ' Γ.—[h] τότε Δν.—[i] κάλλιστα ν.—[j] ἂν post οὐδεὶς add Priscianus.—[k] ἱκανῶς ΣΥΒCuv et pr Γ.—[l] εἶναι om E.—[m] τυγχάνοι Stephanus: libri τυγχάνει.—[n] ὅτῳ δεῖ F, ὅτω δεῖ ΑΓΔΠΣΥΒCG.—[o] ἀγνοεῖν om G.—[p] ἐάν ΑΓΔΠΣ

ἀπερύκοις. In utraque scriptura prælatam vides ob metricas rationes (vid. Herm. Doctr. Metr. p. 350.) Imperativo in ε graviorem vel optativi vel infinitivi formam. Vix enim dubito quin noster scriptor hoc ἀπαλέξειν tanquam ipsius poetæ protulerit; etsi maluit idem sermoni suo illud intexere ope verbi κελεύει. De voce δεινὰ hoc sensu in heroico versu usurpata dubitare me dixi in Lexil. i. 32. 5. et in nota suspicatus sum legendum hic forsitan esse δειλά: quam suspicionem tantum non confirmatam nunc invenio a codd. opt. qui infra §. 18. ubi hæc verba repetuntur, exhibent δῆλα. Buttm.

κελεύει] Ficinus vertit hæc verba: *Mala autem poscentibus quoque abesse jubet:* tanquam habuerit in libris suis, κέλευε. Sed leges metri et hoc non permittunt. Gottleb.

ὅπερ οὖν] Partic. οὖν per pleonasmum, ut in ὥσπερ οὖν, sive ὡσπεροῦν, pro ὥσπερ. *Quod quidem* (inquit) *nemo putarit: sed quilibet hanc ad rem se idoneum esse existimet, ad precandum nimirum ea quæ sibi optima, non quæ pessima sint.* Steph.

ἂν] Particula ἂν addita e Prisciano locum laudante p. 1148. Ibidem mox additur καὶ ante κατάρα. Buttm.

τυγχάνει] For. τυγχάνοι. Steph.

ὢν τε] For. ὢν γε, ut infra, ubi eadem repetuntur; eodemque modo legitur etiam καὶ ἔχουσί πως. quum tamen hic aptius scriptum iri videatur ἔχουσι πῶς, id est, πῶς ἔχουσι. Steph.

§. 10. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό σου καταγνώσομαι, ἐθέλειν ἄν[p] σε πρὸς τὴν σαυτοῦ[q] μητέρα διαπεπρᾶχθαι ἅ περ Ὀρέστην φασὶ καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα[r] καὶ εἴ δή τινες ἄλλοι ἐκείνοις τυγχάνουσι ταὐτὰ διαπεπραγμένοι.

ΑΛ. Εὐφήμει πρὸς Διός, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὗτοι τὸν λέγοντα, ὦ Ἀλκιβιάδη, ὡς οὐκ ἂν ἐθέλοις[s] σοι[t] ταῦτα πεπρᾶχθαι,[u] εὐφημεῖν δεῖ σε κελεύειν, ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ εἴ τις τἀναντία[v] λέγοι,[w] ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ[x] σφόδρα δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὥστ'[y] οὐδὲ ῥητέον εἶναι οὕτως εἰκῇ. δοκεῖς[z] δ' ἂν τὸν Ὀρέστην, εἰ ἐτύγχανε φρόνιμος ὢν καὶ εἰδὼς ὅ τι βέλτιστον ἦν αὐτῷ πράττειν, τολμῆσαι ἄν τι τούτων διαπράξασθαι;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὐδέ γε ἄλλον οἶμαι οὐδένα.

ΑΛ. Οὐ μέντοι. 1. ii. 283.

ΣΩ. Κακὸν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ἡ τοῦ βελτίστου ἄγνοια καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον.

ΥBCGuv.—[q] σαυτοῦ F : ἑαυτοῦ *s.—[r] ἀλκμεωνα Α, ἀλκμεῶνα Δ, ἀλκμέωνα ΠG, ἀλκέμωνα Γ, ἀλκαίωνα Ε.—[s] ἐθέλοι ΑΓΣΥBCEFGuv, εθέλη Π.—[t] σου ΣΥv.—[u] διαπεπρᾶχθαι F.—[v] τἀναντία F : τὰ ἐναντία *s.—[w] λέγει F.—[x] δοκεῖ om pr Γ, post εἶναι ponit rc.—[y] τ' om Π.—[z] δοκῇς Es.—[a] τάδε Π.—[b] ἐπισκεψόμεθα ΑΔG.—

§. 10. *ἑαυτοῦ*] Bekk. ex solo Paris. F. reposuit *σαυτοῦ*, quod in re nondum satis explorata factum nollem. Buttm.

Ὀρέστην] Quænam insania Orestis fuerit, explicat Cicero l. iii. Tusc. 5. 'Quem nos furorem, illi (Græci) *μελαγχολίαν* vocant. Quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore vel timore vel dolore moveatur. Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Orestem furere dicimus.' Gottleb.

ἐπειδὴ] Cum vocem *ἐπειδὴ* nulla alia conjunctio hic comitetur, Schleiermacher atque Bekker, omnia hæc, *ἐπειδὴ* —— *εἰκῇ*, superioribus adhuc continuant. Male: etiam in hoc scriptore. Nam prorsus *ἀσύστατον* est dicere, eum, cui *ne pronuntiandum quidem* hoc videatur, ferre debere si quis dicat, se *hoc fecisse nolle*. Contra qui vel negando hoc de se pronuntiari vetat, is recte censetur dicere, ne pronuntiandum quidem esse temere. Atqui hoc, quod solum recte incedere Ficinus quoque sensit, revera dicit Socrates, si post *ἐπειδὴ* inseris *δέ*. Nihilominus autem servandum est alterum quoque *δὲ* in apodosi, quoniam duæ hæ propositiones extra protaseos et apodoseos formam oppositæ sibi sunt. Vid. Exc. ad Demosth. Mid. Buttm.

δοκεῖς] Mendose vulgo *δοκῇς*. Vid. ad Alcib. i. 4. 2. Particula *ἂν* pertinet ad infinitivum *τολμῆσαι*, ubi ob interjectum sermonem repetita est. Buttm.

ἡ τοῦ βελτίστου ἄγνοια καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ βέλτιστον] Ficinus: *Malum, ut videtur, ignorantia optimi, et quod optimum est ignorare.* Quodsi hæc versio vera, Plato *ταυτολόγως* rem eloeutus est. Nam ignorantia optimi, et ignorare quod optimum est, mea sententia non differunt. Sed et leges linguæ non permittunt hanc versionem; abesse enim debebat articulus. *Τὸ ἀγνοεῖν* est *ἄγνοια*. Sensusque, ni fallor, hic est: *Ignorantia alicujus rei, prout incidunt scilicet tempora, est optimum quid.* Invertit priorem enun-

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.

ΑΛ. Φημί.

ΣΩ. Ἔτι τοίνυν καὶ τόδε[a] ἐπισκεψώμεθα.[b] εἴ σοι αὐτίκα μάλα[c] παρασταίη,[d] οἰηθέντι βέλτιον εἶναι, Περικλέα τὸν σεαυτοῦ ἐπίτροπόν τε καὶ φίλον, ἐγχειρίδιον λαβόντα,
II. 141. ἐλθόντα ἐπὶ τὰς θύρας, εἰπεῖν εἰ ἔνδον ἐστί, βουλόμενον[e] ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐκεῖνον, ἄλλον δὲ μηδένα· οἱ δὲ φαῖεν ἔνδον[f] εἶναι. [§. 11.] Καὶ οὐ λέγω ἐθέλειν[g] ἄν σε τούτων τι πράττειν· ἀλλ' εἰ,[h] οἶμαι, δόξει σοι ὃ περ οὐδὲν κω-

[c] αὐτίκα καὶ μάλα Δ.—[d] παρεσταίη ΑΔΠG.—[e] βουλόμενος F.—[f] ἔνδοθεν F.—[g] οὐ θέλειν Π.—[h] εἰ om F.—[i] βέλτιον Δ.—[j] οὐδ' G.—[k] δοκεῖ ΑΔΞΠΣΥBCGuv: δοκῇ

tiationem: *Igitur malum quid optimi ignorantia, et ignorantia optimum quid esse potest.* Subjecta exempla favent huic interpretationi. Fingit enim Orestem, matri a se non agnitæ, nunquam manus illaturum fuisse. Unde intelligi potest, ignorantiam quandam hominibus, quodam modo affectis, bonum quid esse posse. Quam sententiam paullo ante attulerat, et in sequentibus, planiorem facit: τὸ κάκιστόν ποτε βέλτιστον εἶναι p. 230. item ἀγνοεῖν—τοιαῦτα βέλτιον etc. Gottleb.

Tautologia illa, cujus posterior pars scholio non quidem absimilis, non tamen ideo expungenda, cum ipsi scriptores sua interdum verba ita explicent. Buttm.

εἴ σοι αὐτίκα μάλα παρασταίη κ. τ. λ.] *Si in mentem tibi subito venerit, melius id esse putanti, Periclem tutorem atque amicum tuum interficere;* ita interpretes, qui Platonem errori obnoxium se reddere minime intelligunt: ex iis enim constat Periclem adhuc vivere, affirmat autem Plato Archelaum Macedoniæ Regem fuisse interfectum, ac Periclem annos antea viginti mortuum fuisse pro certo habemus. Quo pacto igitur convenit hæc opinionum varietas, quoniam in Gorgia etiam ac Theage his contraria affirmat? Dacier.

εἴ σοι αὐτίκα μάλα παρασταίη] Ficinus: *Si tibi in mentem subito veniat.* Male. Dacierius: *Si autre fois il vous eut monté d'un coup dans la tête*— non melius. Hanc interpretationem observatione longa tuetur. Sed hi motus animorum atque hæc certamina tanta pulveris exiguo jactu compressa quiescent. Αὐτίκα non est *illico*, nec *olim*, sed *exempli gratia*. Castigatus jam est Dacierius super hac interpretatione ab Ernestio ad Xenoph. Mem. iv. 7. p. 221. ubi simul monetur, τὸ *veniret*, neminem perturbare debere, quod in exemplis non tam scrupulose versandum sit. Gottleb.

Περικλ.] Junge Περικλέα εἰπεῖν εἰ ἔνδον ἐστὶ pro εἰπεῖν h. e. ἐρέσθαι, εἰ ἔνδον ἐστὶ Περικλῆς. De qua structura vid. Gram. §. 138. i. 6. Hic autem, ut bene monet Struvius, prælata est hæc structura ideo ut accusativus Περικλέα cum pondere præmitti posset, cum in animo haberet Socrates dicere, Περικλέα τὸν σεαυτοῦ ἐπίτροπον ἀποκτεῖναι. Mox post verba ἔνδον εἶναι abrumpitur sermo, et paulo inferius resumitur verbis εἰ οὖν. Buttm.

§. 11. δόξειέ] Libri omnes δόξει: et supra quidem ad Alc. i. §. 26. Futurum in hypothesi tuebamur, quoniam id quod ibi a Socrate ponebatur ex iis erat quæ fieri solent. Verum in tali qualem hic habemus fictione futurum indicativi absonum plane et inurbanum foret. Itaque scripsimus δόξειε, ut paulo ante εἴ σοι—παρασταίη. In seqq. autem est Anacoluthia nata Epexegesi. Nam dicere volebat εἰ δόξειέ σοι, ὅπερ οὐδὲν κωλύει (sc. δοκεῖν) τῷ γε ἀγνοοῦντι τὸ β. tum ad explicationem pronominis ὅπερ, adjicit hoc παραστῆναί ποτε δόξαν etc. plane ut in Meno. §. 13. ad pronomen τοιοῦτόν τι additur per epexegesin ναρκᾶν. Ita ut sejungere possis verbum παραστῆναι a superioribus, et Latine vertere addito *nimirum*. Buttm.

λύει δή που, τῷ γε ἀγνοοῦντι τὸ βέλτιστον παραστῆναι ποτὲ δόξαν ὥστε οἰηθῆναι καὶ τὸ κάκιστόν ποτε βέλτιστον[i] εἶναι. ἢ οὐκ[j] ἂν δοκεῖ[k] σοι;

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Εἰ οὖν παρελθὼν εἶσω καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἐκεῖνον ἀγνοήσαις τε καὶ οἰηθείης ἂν ἄλλον εἶναί τινα, ἆρ' ἔτι ἂν αὐτὸν τολμήσαις ἀποκτεῖναι;

ΑΛ. Οὐ μὰ τὸν Δί' οὐκ[l] ἄν μοι δοκῶ.

ΣΩ. Οὐ γὰρ δή που τὸν ἐντυχόντα, ἀλλ'[m] αὐτὸν[n] ἐκεῖνον [ὃν] ἠβούλου. ἦ γάρ;

ΑΛ. Ναί. r. ii. 284.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ εἰ πολλάκις ἐγχειροῖς,[o] αἰεὶ δὲ[p] ἀγνοοῖς[q] τὸν Περικλέα, ὁπότε μέλλοις[r] τοῦτο πράττειν, οὔ ποτε[s] ἂν ἐπίθοιο αὐτῷ.

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Τί δέ; τὸν Ὀρέστην δοκεῖς[t] ἄν ποτε τῇ μητρὶ ἐπιθέσθαι, εἴ γε[u] ὡσαύτως ἠγνόησεν;

ΑΛ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε.

*ς.—[l] οὐκ...δοκῶ om ΑΔΠG.—[m] ἀλλ' om G.—[n] τὸν Π.—[o] ἐγχειρεῖς EFς.—[p] γὰρ Γ.—[q] ἀγνοοῖς ΑΓΔΠΒu: ἀγνοεῖς *ς.—[r] μέλλεις Eυς.—[s] ποτ' ν.—[t] δοκῆς EFς.—[u] δὲ ΑΔΠG.—[v] προτυχοῦσαν pr E.—[w] ἀλλὰ om Π.—[x] τοιαῦτα τάγε Γ, om F.—

ὅπερ οὐθὲν κωλύει] Stephanus, 'For. ὅτι περ οὐδὲν κωλύει.' Ficin. *quod quidem nihil prohibet.* Gottleb.

δοκῇ] Lege δοκεῖ. Ita sæpius in his duobus dialogis peccatur. Schneid.

δοκεῖ] Editum e mss. pro vulg. δοκῇ. Infinitivus ad quem spectat particula ἂν (v. ad Alc. i. 4. 2.) e proximis hic repetendus est, οἰηθῆναι. Buttm.

οἰηθείης ἂν] Soli huic optativo e tot aliis qui a conjunctione εἰ hic pendent, additum est ἂν, contra morem: quare Struvio delenda videbatur particula quæ facile sane hic ante ἄλλον irrepere potuit. Sed vid. ad Men. §. 40. Nimirum in hoc οἰηθῆναι ἄλλον τινὰ εἶναι, quod tam parum credibile erat, imprimis inculcandum erat, poni hoc ideo, quoniam *fieri* tamen *possit*. Buttm.

δν] Non amplius assentior Schleiermachero δν istud delenti: nam primum non ita dura est, quam mihi videbatur olim repetitio, quæ mente facienda est e superioribus ad illud ἐκεῖνον, sc. τολμήσαις ἂν ἀποκτεῖναι. Deinde, non primaria illa positio, velle Alcibiadem interficere Periclem, hic repetenda erat; quod quam inepte fieret addito ἦ γάρ; et ineptius etiam inserto δήπου, vix monere opus est: sed ponendum erat aliquid quod inde sequitur. *Non enim* (illa nimirum hypothesi) *quem sors offerret obtruncare sustineres, sed illum ipsum quem ab initio voluisses.* Buttm.

ἐγχειρεῖς ἀεὶ δὲ ἀγνοεῖς] Stephanus, 'For. ἐγχειροῖς et ἀγνοοῖς, item μέλλοις, et paullo post δοκοῖς.' Sic series orationis flagitat. Ita Ficinus: *nam etsi frequenter facinus aggrediare, semper autem ignorares, Periclem esse, unquam in eum irrueres?* Gottleb.

ἐπίθοιο] Atticam hanc formam et habet Dionys. Hal. vii. 427. ubi est ἐπίθοιτο. Polybius habet πρόθοιτο (V. S. 109.) alia exempla collegit Fischerus in Veller. p. 227. Gottleb.

ΣΩ. Οὐ γὰρ δή που οὐδ' ἐκεῖνος τὴν προστυχοῦσαν[v] γυναῖκα οὐδὲ τὴν ὁτουοῦν μητέρα διενοεῖτο ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ[w] τὴν αὐτὸς αὑτοῦ.

ΑΛ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Ἀγνοεῖν ἄρα τά γε τοιαῦτα[x] βέλτιον τοῖς οὕτω διακειμένοις καὶ τοιαύτας δόξας ἔχουσιν.

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν ὅτι ἡ[y] ἔστιν ὧν τε[z] ἄγνοια καὶ ἔστιν[a] οἷς καὶ ἔχουσί πως ἀγαθόν, ἀλλ' οὐ κακόν, ὥς περ ἄρτι σοι ἐδόκει;

ΑΛ. Ἔοικεν.

§. 12. ΣΩ. Ἔτι τοίνυν[b] εἰ βούλει τὸ μετὰ τοῦτο ἐπισκοπεῖν, ἄτοπον ἂν ἴσως[c] σοι[d] δόξειεν εἶναι.

ΑΛ. Τί μάλιστ',[e] ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὅτι ὡς ἔπος εἰπεῖν κινδυνεύει τό γε τῶν ἄλλων

[y] εἰ F.—[z] τε ΑΔΞΠΣΥGv: γε *s.—[a] καὶ ἔστιν om G.—[b] τοίνυν om Σ et pr Ξ.—[c] ἂν ἴσως Δ, ἂν ἴσως ἂν ΑΠG; ὂν ἴσως ἄν *s.—[d] σοι om Δ.—[e] μάλιστ' Γ.—[f] ἦν uv.

§. 12. *ἴσως ἄν σοι δόξειεν εἶναι*] Suspicor legendum esse *ἴσως οὐκ ἄν σοι δόξειεν εἶναι*. Omnino enim negativa particula opus esse videtur: quam etiam agnoscit Ficinus. Steph.

Provocat Stephanus ad Ficini versionem, quæ ita: *præterea si volueris, quod deinceps in medium afferretur, mirabile dictu discutere, forte probabile tibi videbitur.* Consimiliter Dacierius: *quelque extraordinaire qu'il vous paroisse, peut-être que vous en conviendrés.* Sed hic locus a Grynæo correctus videtur in Ficiniana versione, quod *ἄτοπον* non junctum est cum ultimis verbis, ut vult Stephanus, sed separatum. Et ita non opus esse putem, inserere *τὸ οὐ*. Verba: *ἴσως ἄν σοι*—non referunt se ad *ἄτοπον*, sed sunt capienda, ut interpretes verterunt, vel: *fortasse tibi ita esse videatur*, sc. *οὕτως ὡς κἀμοί*. Gottleb.

Hanc vulgatam et plurimorum codd. scripturam adhucdum servo equidem, quia de emendanda ea nondum liquet. Quippe e tribus optimis Clark. et Ven. cum Par. G. (qui in hoc dialogo tribus illis plerumque se associat) habent *ἄτοπον ἂν ἴσως ἄν σοι δόξειεν*: Vat. *ἄτ. ἂν ἴσως δόξειεν*: et hanc quidem lectionem, servato tamen *σοι*, adoptavit Bekker, approbavit Schleierm. Cui rationi si sensus quoque ab omni parte satisfaceret, et ego accederem. Sed nunc, quantumvis *ἄτοπος* hæc sententia videri debeat, omnes omnino scientias plerumque nocere, admodum tamen minuitur *ἀτοπότης* illa, cum adjicitur, *siquidem sine cognitione optimi illas adeptus sis*. Jam cum eo jam adductus sit Alcibiades, ut superiora illa concedat, quomodo quæso fieri potest ut hoc potissimum etiamnum *ἄτοπον* ei videri debeat? Immo post illa *Ὁρᾷς οὖν*—, hoc transitu *Ἔτι τοίνυν*—, nihil aliud introduci potest, quam quod *ἄτοπον* quidem per se, nunc tamen probabile Alcibiadi videri debet. Atque sic plane Ficinus: *Præterea si volueris, quod deinceps in medium afferetur mirabile dictu discutere, forte probabile tibi videbitur.* Unde Ficino istud *probabile?* Quod si ad sensum complendum ab eo insertum esse putas; ego eandem necessitatem sentio, atque excidisse hic aliquid suspicor. Verum hoc quoque suspicari licet, pleniore illum textu usum esse, in quo fuerit: *ἄτοπον ὄν, ἴσως εἰκὸς ἄν σοι δόξειεν εἶναι*. Buttm.

ἐπιστημῶν κτῆμα, ἐάν τις ἄνευ τοῦ βελτίστου κεκτημένος I. ii. 285.
ᾖ,[f] ὀλιγάκις μὲν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὰ πλείω τὸν ἔχοντα
αὐτό.[g] σκόπει δὲ ὧδε. ἆρ' οὐκ ἀναγκαῖόν σοι δοκεῖ εἶναι,
ὅταν τι μέλλωμεν[h] ἤτοι πράττειν ἢ λέγειν, ἢ οἰηθῆναι δεῖν
πρῶτον ἡμᾶς[i] εἰδέναι ἢ τῷ ὄντι[j] εἰδέναι τοῦτο[k] ὃ ἂν προ-
χειροτέρως μέλλωμεν[l] ἢ λέγειν ἢ πράττειν;

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν οἱ ῥήτορες αὐτίκα ἤτοι[m] εἰδότες ξυμβου-
λεύειν[n] ἢ[o] οἰηθέντες εἰδέναι ξυμβουλεύουσιν[n] ἡμῖν ἑκάστο-
τε, οἱ μὲν περὶ πολέμου τε καὶ εἰρήνης, οἱ δὲ περὶ τειχῶν
οἰκοδομίας[p] ἢ λιμένων[q] κατασκευῆς· ἐνὶ δὲ λόγῳ, ὅσα δή
ποτε ἡ πόλις πράττει πρὸς ἄλλην πόλιν ἢ[r] αὐτὴ καθ' αὑ- II. 145.
τήν, ἀπὸ τῆς τῶν ῥητόρων ξυμβουλῆς[n] ἅπαντα[s] γίγνεται.

ΑΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ὅρα τοίνυν καὶ τὰ[t] ἐπὶ τούτοις, ἂν δυνηθῶ. καλεῖς
γὰρ δή που φρονίμους τε καὶ ἄφρονας;

[f] αὐτόν EF : αὐτά *s.—[g] μέλλων μὲν Α. ἢ ante οἰηθῆναι add ΓΞΣΥBCEFuv.—
θ'
[i] ἡμᾶς πρῶτον Γ.—[j] τὸ ὄν, τι G.—[k] τοῦτ' Α.—[l] μέλλωμεν ἢ ΑΔΠG : μέλλωμέν τι
ἢ *s.—[m] εἴτι F.—[n] ξ. ΑΔΠG.—[o] ἢ om ΔΠ, supra ponit Α.—[p] οἰκονομίας Γ.—[q] ἢ
λιμένων ΑΔΠG : ἢ καὶ λιμένων *s.—[r] ἡ Υ.—[s] ἅπαντα ΔG : πάντα *s.—[t] τὰ om

ἄνευ τοῦ] Schleierm. monet legendum esse ἄνευ τῆς τοῦ βελτίστου, et in fine sententiæ Schneider αὐτὸ pro αὐτά. Recte uterque. Vid. §. 15. D. Buttm.

μέλλωμέν τι] Vocula τι abundat, et vix pleonasmus hic ferri posse videtur. Ac certe infra, ubi hæc ipsa repetuntur, non ponitur : et προχείρως ibidem legitur. Steph.

Quamquam hæc repetitio non satis conjecturam Stephani probat; (non eadem enim verba repetunt, sed mutant scriptores, ut intelligitur ex verbis ὀλίγους μὲν εἶναι τοὺς φρονίμους, quæ repetit : p. 230. τοὺς δ' ὀλίγους φρονίμους) tamen mihi valde arridet Stephani ratio. Ficinus quoque non expressit τί. Gottleb.

Est transpositio, sed cujus exemplum aliud in Platone reperiri, vix credo. Quare malim conjunctim : τοῦτο ὅ τι ἂν προχ. μέλλωμεν ἢ λέγειν ἢ πρ. Schneid.

οὐκουν οἱ ῥήτορες] Isocr. in Areop. in princ. Ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἄλλο, ἡ πολίτεια τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσηπερ ἐν σώματι φρόνησις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα. ταύτῃ καὶ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖόν ἐστιν ὁμοιοῦσθαι καὶ πράττειν οὕτως ἑκάστους, οἵωνπερ ἂν αὐτὴν ἔχωσιν. Nurnb.

ἂν δυνηθῶ· καλεῖς γὰρ] Ficinus vertendo omisit ἂν δυνηθῶ, quod sane adeo est a Socratis oratione alienum, ut ineptum facile atque expungendum videri possit. Sed blandiorem adhibere medicinam licet. Scribe :—τούτοις. ΑΛ. Ἂν δυνηθῶ. ΣΩ. Καλεῖς γὰρ κ. λ. Utriusque nomen excidisse videtur propter vicinarum literarum similitudinem. Eadem usurpanda corrigendi ratio Rep. v. 460. D.—ἔφαμεν γὰρ δὴ ἐξ ἀκμαζόντων δεῖν τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν— Scribe :—γίγνεσθαι. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν— Quam correctionem Ficini confirmat versio. Levi hujusmodi distinctionis immutatione expediendum censebat Heilm. difficilem Thucydidis locum l. iii. c. 15. —οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐπειδὴ ἤκουσαν, προσδεξάμενοι τοὺς λόγους, ξυμμάχους τε τοὺς Λεσβίους ἐποιή-

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοὺς μὲν πολλοὺς ἄφρονας, τοὺς δ' ὀλίγους φρονίμους;

ΑΛ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν πρός τι ἀποβλέπων ἀμφοτέρους;

ΑΛ. Ναί.

1. ii. 286. §. 13. ΣΩ. Ἆρ' οὖν τὸν τοιοῦτον,[u] ξυμβουλεύειν[v] εἰδότα χωρὶς τοῦ πότερον βέλτιον καὶ ὅτε[w] βέλτιον, φρόνιμον καλεῖς;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὐδέ γε, οἶμαι, ὅς τις τὸ πολεμεῖν αὐτὸ οἶδε χωρὶς τοῦ ὁπότε βέλτιον καὶ[x] τοσοῦτον χρόνον ὅσον βέλτιον. ἦ γάρ;

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὐδὲ εἴ τίς τινα ἀποκτιννύναι[y] οἶδεν οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι καὶ φυγάδα ποιεῖν τῆς πατρίδος,[z] χωρὶς τοῦ ὁπότε βέλτιον καὶ ὅν τινα βέλτιον.

ΑΛ. Οὐ[a] μέντοι.

ΣΩ. Ὅς τις ἄρα τι τῶν τοιούτων οἶδεν, ἐὰν μὲν παρέπηται αὐτῷ[b] ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη,—αὕτη δ' ἦν ἡ αὐτὴ δή που ἥ περ καὶ ἡ τοῦ ὠφελίμου· ἦ γάρ;

EF.—[u] τοιοῦτον ΔΠ : τοιοῦτο *s.—[v] ξ. ΔΠG.—[w] ὅτε rc Ξ : ceteri ὅ.—[x] βέλτιον καὶ ὃ βέλτιον φρόνιμον καλεῖς καὶ G.—[y] ἀποκτεινύναι F.—[z] τῆς πατρίδος om G.—[a] τοῦ G.—[b] αὐτῷ add ΑΔΠG.—[c] δέ γε ΑΓΔΞBGu, δεῖ ν, δὲ ΣΥC, γε *s.—[d] καὶ

σαντο, καὶ (τὴν) ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν. τοῖς τε ξυμμάχοις παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν, ὡς ποιησόμενοι. καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο—distinguens : ἐσβολήν,—ποιησόμενοι, καὶ αὐτοί.—Sed, me quidem judice, frustra. Scribendum videtur :—ἐποιήσαντο, τοῖς τε ξυμμάχοις—ποιησόμενοι ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν· καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ. Heusd.

Non omisit Ficinus sed vertit, *si fieri potest*. Mihi videtur pro δυνηθῇς urbanius dictum esse δυνηθῶ intell. σαφῶς διηγεῖσθαι. Buttm.

§. 13. ὅτε βέλτιον] Ficinus legisse videtur ὅ, τι, vertit enim : *et quid melius*. Sed vulgata recte se habet. Sequitur et mox : ὁπότε βέλτιον. Goitleb.

ὅτε] Solus Ven. Ξ habet a manu rec. ceteri omnes ὅ : Fic. *utrum melius et quid melius*. Mihi de toto nondum liquet. Buttm.

τὸ πολεμεῖν αὐτὸ] Ad bellum contra Syracusanos alludere videtur Plato, quod Alcibiadis consilio atque auctoritate ab Atheniensibus susceptum est. Nurnb.

φυγάδα ποιεῖν] Quod cum in multis aliis tum vero in Alcibiade e civitate expellendo fecere. Sic enim populo, inquit Nepos, (Alcib. vi.) erat persuasum, et adversas superiores et præsentes secundas accidisse ejus opera. Neque id sine caussa arbitrari videbantur. Nurnb.

παρέπηται ἡ] Clark. Vat. Ven. Paris. G. inserunt αὐτῷ, quod mihi quidem videtur esse ex interpretatione. Cf. 15. Buttm.

αὕτη δ' ἦν] Hæc verba, αὕτη δ' ἦν

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Φρόνιμόν γε[c] αὐτὸν φήσομεν καὶ ἀποχρῶντα ξύμβουλον καὶ τῇ πόλει καὶ αὐτὸν αὑτῷ·[d] τὸν δὲ μὴ[e] ποιοῦντα τἀναντία τούτων. ἢ πῶς δοκεῖ;

ΑΛ. Ἐμοὶ μὲν οὕτως.[f]

ΣΩ. Τί δ'[h] εἴ τις ἱππεύειν ἢ[g] τοξεύειν οἶδεν; ἢ αὖ παλαίειν ἢ πυκτεύειν[n] ἤ τι τῆς ἄλλης ἀγωνίας ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ὅσα τέχνῃ[i] οἴδαμεν, τί καλεῖς ὃς ἂν εἰδῇ τὸ κατὰ ταύτην τὴν τέχνην βέλτιον γιγνόμενον; ἆρ'[j] οὐ τὸν[k] κατὰ τὴν ἱππικὴν ἱππικόν; I. ii. 287.

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τὸν δέ γε, οἶμαι, κατὰ τὴν πυκτικὴν πυκτικόν, τὸν δὲ κατ' αὐλητικὴν[l] αὐλητικόν, καὶ τἆλλα[m] δή που ἀνάλογον τούτοις. ἢ ἄλλως πως;

ΑΛ. Οὔκ, ἀλλ' οὕτως.[n]

ΣΩ. Δοκεῖ οὖν σοι[o] ἀναγκαῖον εἶναι τὸν[p] περὶ τούτων τι[q] ἐπιστήμονα ὄντα[r] ἄρα καὶ ἄνδρα φρόνιμον εἶναι; ἢ πολλοῦ φήσομεν ἐνδεῖν;

ΑΛ. Πολλοῦ μέντοι νὴ Δία.

§. 14. ΣΩ. Ποίαν οὖν οἴει πολιτείαν εἶναι τοξοτῶν[s] τε

τῇ πόλει καὶ αὐτὸν αὐτῷ ΑΔΠG: καὶ αὐτὸν αὐτῷ καὶ τῇ πόλει *s.—[c] μὴ δὲ G.—[d] οὕτως C: οὕτω *s.—[e] ἢ om Π.—[h] πυκτεύειν ἢ παλαίειν ΔΠG, πυκτεύειν παλαίειν Α.—[i] τέχνην ΑΔΠG.—[j] ἆρ' om ΑΔΠG.—[k] τὸν om FG.—[l] κατὰ τὴν αὐλητικὴν G.—[m] τἆλλα ΑΓΔΠG et pr Ξ: κατ' ἄλλα *s.—[n] οὕτως C.—[o] σοι οὖν G.—[p] τῶν Δ.—[q] τι om ΑΔΠG et pr Σ.—[r] ἐπιστήμονα εἶναι ὄντα ΑΔΠG.—[s] τοξῶν Σ.—[t] δὲ om

etc. usque ad *φρόνιμον*, per parenthesin ponuntur: et intelligendum, *φρόνιμον φήσομεν ὅστις τὶ τῶν τ. οἶδεν*, etc. Steph.

φρόνιμόν γε] Sic soli Par. E F, et Ven. Π. Plerique, et in his Clark. et Vat. *δέ γε*, alii *δὲ* solum. Et vide ne *δὲ* abjectum sit ab iis qui apodosin reddere vellent suæ protasi; cum tamen *δὲ* post sermonem interruptum, neglecta protasi sermonem simpliciter continuet. Buttm.

τούτων] Schleiermacher distinguendum putat *τὸν δὲ μὴ, ποιοῦντα τἀναντία τούτων*: quod per se durum durius etiam foret eo quod *ποιεῖν* sic esset loco horum, *ἀποχρῶντα ξυμβουλεύειν*, quæ latent in his *ἀποχρῶντα ξύμβουλον*. Quare nihildum melius video Schneideri emendatione *τοιοῦτον*. Buttm.

ταύτην] Non displicet facilis anacoluthia quæ est in his *εἴ τις ἱππεύειν—οἶδε —, τί καλεῖς ὃς ἂν εἰδῇ τὸ—βέλτιον γιγνόμενον*. Sed *ταύτην* pro *ἑκάστην τούτων* nimiæ quidem negligentiæ, neque tamen emendandum esse videtur. Buttm.

§. 14. *ποίαν οὖν οἴει πολιτείαν*] Exstat hic locus apud Stobæum, in Eclogis Ethicis p. 158. Quantum sit pretium variis lectionibus, quas excerpsimus, statuendum, facile intelligitur; etenim Stobæus *ἔτι τε ἀθλητῶν*, mox deest *δ'* ante *ἐν*, mox pro *τοιούτοις* est *τούτοις*, et pro *τῶν τε* est *τῶν τό, τε*, et pro *εἰδότων* est *εἰδόντων*, et pro *πολιτικῶν, ῥητορικῶν* pro *βέλτιον, βέλτιστον*, et pro *χρῆσθαι, χρήσασθαι*. Gottleb.

πολιτείαν] Plato carpit Atheniensium

ἀγαθῶν καὶ αὐλητῶν, ἔτι[t] δὲ[u] ἀλλητῶν[v] καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν, ἀναμεμιγμένων[w] δ' ἐν τοιούτοις οἷς ἄρτι εἰρήκαμεν τῶν τε αὐτὸ τὸ[x] πολεμεῖν εἰδότων καὶ αὐτὸ τὸ ἀποκτιννύναι,[y] πρὸς δὲ καὶ ἀνδρῶν ῥητορικῶν[z] πολιτικὸν[a] φύσημα Φυσώντων,[b] ἁπάντων δὲ τούτων ὄντων ἄνευ τῆς τοῦ[c] βελτίστου ἐπιστήμης καὶ[d] τοῦ εἰδότος ὁπότε βέλτιον ἑνὶ
II. 146. ἑκάστῳ τούτων χρῆσθαι καὶ πρὸς τίνα;

ΑΛ. Φαύλην τινὰ[e] ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Φαίης γε ἄν, οἶμαι, ὁπόταν ὁρᾷς ἕνα ἕκαστον[f] αὐτῶν φιλοτιμούμενόν τε καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τούτῳ μέρος,[g]

I. ii. 288. ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει[h] κράτιστος ὤν·

λέγω δὲ τὸ[i] κατ' αὐτὴν τὴν τέχνην βέλτιστον γιγνόμενον·

Σ et pr Ξ.—[u] δὲ ἀθλητῶν ΑΔΠFG : δὲ καὶ ἀθλητῶν *s.—[v] post ἀθλ. omisi τε cum ΑΔΠG.—[w] ἀναμεμιγμένον ΣF.—[x] τὸ om G.—[y] ἀποκτεινύναι F.—[z] ῥητορικῶν ΑΔ ὸν ΠG : πολιτικῶν *s.—[a] πολιτικῶν ΔΠ.—[b] φυσόντων F.—[c] τοῦ om G.—[d] τε καὶ G. —[e] τινὰ add ΑΔΠG.—[f] ἕνα καὶ ἕκαστον ΑΔΠG.—[g] τούτῳ τὸ μέρος Γ.—[h] τυγχάνει Γ : τυγχάνῃ *s.—[i] τὸν corr. Γ.—[j] πολιτεία F.—[k] αὐτὸν αὐτὸν αὑτῷ Δ, αὐτῷ

Remp. in qua floruerunt artes, sed absque illa scientia ejus, quod est in rebus humanis optimum. Dacier.

φαύλην ἔγωγε] Stobæus: *φαύλην τινὰ ἔγωγε*. Memorabilis locus in Protagora est, (p. 287₁) ubi corripere videtur Atheniensium rempublicam, quod in consilio publico sutores, fabri etc. sententiam dicant, quamquam sint imperiti, curam ædificiorum autem tradant architecto etc. Gottleb.

ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ] Hæc verba sumpta sunt ex Euripidis Antiopa et quidem e sermone Zethi ad fratrem Amphionem, ut docet Scholiastes ad Gorgiam p. 484. E. ubi pleniora ea posuit Plato in hunc modum: *Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, λαμπρός τέ ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται, Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος, Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν· ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει καὶ λοιδορεῖ τοῦτο.* In quibus verbis nexus sententiarum et particula *ὅπου* docuit viros doctos voculam *ἵνα* itidem valere *ubi* h. e. *ἐν ᾧ*, et scribendum esse proinde *τυγχάνει*. Vid. Heindorf. ad locum. Accedit Aristoteles eosdem versus respiciens Problem. 18. *Ἐν οἷς οἴεται ἕκαστος κρατιστεύειν, ταῦτα προαιρεῖται, ὃ δ' αἱρεῖται ἐπὶ τοῦτ' ἐπείξεται, νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας αὐτῷ.* In nostro loco paulo aliter hæc in usum suum deflexit scriptor; recte autem hic quoque nos scripsisse *τυγχάνει* (quod et habet Coisl.) pro vulgato *τυγχάνῃ*, monstrant verba hæc *λέγω δὲ τὸ—γιγνόμενον*, quæ non haberent quo referrentur, nisi *τούτῳ, ἵνα*—dictum esset pro *τούτῳ, ἐν ᾧ*. Tum pro *κράτιστος* hic quoque scriptum fuisse olim *βέλτιστος* e proximis, opinor, apparet. Illa autem *αὐτὸς αὑτοῦ βέλτιστος* non confundenda sunt cum eo, quod dicere solemus ‘se ipsum superasse aliquem,’ quando uno quodam opere cetera, quæ fecit, omnia superavit: res enim ipsa et Aristotelis verba docent, intelligi hic eam artem, qua quis præ ceteris, quarum itidem gnarus est, excellit. In eam igitur solam quisque horum politicorum omnia sua *πολιτεύματα* et quantum in eo est totam remp. confert. Buttm.

λέγω δὲ] Observent tirones, verbis *λέγω δὲ—γιγνόμενον* parenthetice insertis continuari accusativos pendentes ab *ὁρᾷς*. Buttm.

τοῦ δὲ τῇ πόλει[j] τε καὶ αὐτὸν αὑτῷ[k] βελτίστου ὄντος[l] τὰ πολλὰ διημαρτηκότα, ἅτε, οἶμαι, ἄνευ νοῦ δόξῃ πεπιστευκότα. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, ἆρ' οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιμεν φάντες πολλῆς ταραχῆς τε καὶ ἀνομίας μεστὴν εἶναι τὴν τοιαύτην πολιτείαν;

ΑΛ. Ὀρθῶς μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐδόκει, οἰηθῆναι[m] δεῖν πρῶτον ἡμᾶς εἰδέναι ἢ τῷ ὄντι εἰδέναι τοῦτο ὃ ἂν προχείρως μέλλωμεν ἢ πράττειν ἢ λέγειν;

ΑΛ. Ἐδόκει.

§. 15. ΣΩ. Οὐκοῦν κἂν μὲν πράττῃ ἅ τις οἶδεν ἢ[n] δοκεῖ εἰδέναι, παρέπηται[o] δὲ[p] τὸ ὠφελίμως καὶ λυσιτελοῦντως ἡμᾶς ἕξειν[q] καὶ[r] τῇ πόλει καὶ αὐτὸν αὑτῷ;

αὐτὸν Γ.—[l] ὄντος cum ς corr υ: ceteri οὕτως.—[m] ἡμῖν ἐδόκει οἰηθῆναι ΑΔΠG: ἐδόκει ἡμῖν εἶναι οἰηθῆναι *ς.—[n] ἢ & ΑΔΠG.—[o] παρέπηται ΑΔΠG: παρέπεται *ς.—[p] δὲ ΓΣΥΒCEFuv, om ΑΔΠG: δὴ ς.—[q] ἕξει G, ἐρεῖν Γ.—[r] καὶ post πόλει om υ.

αὐτὸν αὑτῷ] Stephanus, 'For. αὖ τοῦ αὑτῷ.' Ficinus: *in eo vero, quod sibi et reipublicæ optimum est, crebro hallucinantem.* Ingeniosa est conjectura, et potest abesse αὐτόν. Sed consentiunt in vulgata omnes editt. veteres, et jungi potest τῷ ὁρώης — διημαρτηκότα. Sequitur et bis αὐτὸν αὑτῷ paullo post. Gottleb.

αὐτὸν] Audacius hyperbaton, accusativo αὐτὸν pertinente ad διημαρτηκότα, quem more Attico præmisit scriptor respondenti αὑτῷ. Conf. Gramm. §. 138. iii. 1. et supra §. 11. ubi paulo facilius quidem par tamen hoc exemplum habes οὐ γὰρ τὴν ὁτουοῦν μητέρα διενοεῖτο, ἀλλὰ τὴν αὐτὸς αὑτοῦ· huic enim simillimum est hoc: διαμαρτάνει τοῦ αὐτὸς αὑτῷ βελτίστου ὄντος. Ceterum notatu dignum videtur, vocem ὄντος quam habent impressi omnes, in nullo codicum nostrorum inveniri nisi per correctionem in uno ex Angelicis (v). Ceteri omnes sine sensu οὕτως. Buttm.

δόξῃ] Δόξα est opinio, qua δοκοῦμεν εἰδέναι τι. Theætet. §. 30. ed. Fisch. ἐπειδὴ ψευδὴς ἡ δόξα—opponiturque τῇ ἐπιστήμῃ. vid. et Menon. p. 344. cf. Rep. v. 423. 24. Sext. Empir. adv. Log. vii. 402. Fabric. ὃν ἐπιστήμην μὲν εἶναι τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν, δόξαν δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ—ἄνευ νοῦ est h. l. ἄνευ ἐπιστήμης. Opponitur δόξῃ, τὸ ἀδόξαστον, h. e. ἀληθὲς, θεῖον. v. Phædon. §. 34. ed. Fisch. Gottleb.

§. 15. παρέπεται κ. τ. λ.] Falsa hæc esse et superius demonstratis plane contraria quilibet sentit. Sed adsunt manifesta veræ scripturæ vestigia. Apparet enim breviter hic repeti aliqua e superioribus. Hæc autem non possunt esse alia quam quæ leguntur §. 13. ubi inter alia ita Socrates: Ὅστις ἄρα τι τῶν τοιούτων οἶδεν, ἐὰν μὲν παρέπηται ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη· αὕτη δ' ἦν ἡ αὐτὴ δήπου ἥπερ καὶ ἡ τοῦ ὠφελίμου·—φρόνιμόν γε αὐτὸν φήσομεν καὶ ἀποχρῶντα ξύμβουλον κ. τ. λ. Jam vero codd. opt. in nostro loco pro παρέπεται exhibent παρέπηται, omisso δὴ, quod est in uno Ven. Ξ. ceteris dantibus δέ. His indiciis sermo restaurandus mihi videtur ita: Οὐκοῦν κἂν μὲν πράττῃ ἅ τις οἶδεν ἢ δοκεῖ εἰδέναι, παρέπηται δ' ἡ τοῦ ὠφελίμου ἐπιστήμη, ὠφελίμως καὶ λυσιτελοῦντως ἡμᾶς ἕξειν κ. τ. λ. Sic apparet oculum librarii aberrasse ab ὠφελίμου ad ὠφελίμως, quo facto duabus vocibus omissis cetera leviter in aliquem, qui quidem videretur, sensum mutata sunt. Ficinus locum vertit ita: *Nonne si quis agit quidem quod novit aut nosse existimat, addit autem scientiam optimi, sequitur ut utiliter agat ad seipsum et ad remp.* Vides eum dare sensum verum

ΑΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Ἐὰν δέ γ', οἶμαι, τἀναντία τούτων, οὔτε τῇ πόλει οὔτ' αὐτὸν αὐτῷ.

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Τί δέ; καὶ[s] νῦν ἔτι ὡσαύτως σοι δοκεῖ ἢ ἄλλως πως;

ΑΛ. Οὔκ, ἀλλ' οὕτως.[t]

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔφησθα καλεῖν τοὺς μὲν πολλοὺς ἄφρονας, τοὺς δ' ὀλίγους φρονίμους;

r. ii. 289. ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν φαμὲν πάλιν τοὺς πολλοὺς διημαρτηκέναι τοῦ βελτίστου, ὡς τὰ πολλά γε, οἶμαι, ἄνευ νοῦ δόξῃ πεπιστευκότας.

ΑΛ. Φαμὲν γάρ.

ΣΩ. Λυσιτελεῖ ἄρα τοῖς πολλοῖς μήτε εἰδέναι μηδὲν μήτε οἴεσθαι εἰδέναι, εἴ[u] πέρ γε μᾶλλον προθυμήσονται[v] πράττειν μὲν[w] ταῦτα ἅττ' ἂν εἰδῶσιν ἢ οἰηθῶσιν εἰδέναι, πράττοντες δὲ βλάπτεσθαι τὰ πλείω μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι.

ΑΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὅτε[w] γ'[x] ἔφην κινδυνεύειν[y] τό γε τῶν

—[s] καὶ om Es.—[t] οὕτως ΑΥC.—[u] προθυμήσεται pr Γ, προμυθυμήσονται ΣΥ.—[v] πράττειν μὲν ΑΔΠG : μὲν πράττειν *s.—[w] ὅτι υ.—[x] γ' om ΑΔΠG.—[y] κινδυ-

et integrum, ita tamen ut locum aliter quam a nobis est constitutus legisse videatur. Et, quod maxime miror, verbum Ficini *sequitur* reddere videtur vulgatum παρέπεται ; quo tamen non moveor, cum manifestissimum sit, respici hoc verbo superiorem sermonem, ubi alio sensu idem verbum usurpatur. Nisi ad Ficini sensum sic forte sarciendum esse locum credis : παρέπηται δ' ἡ τοῦ βελτίστου ἐπιστήμη, παρέπεται καὶ τὸ ὠφ. κ. λ. ἡμᾶς ἕξειν κ. τ. λ. Vel sic tamen displiceret indicativus παρέπεται pro παρέπεσθαι, quod requirit præcedens ἐδόκει et repetitum mox δοκεῖ. Quare verius statuas, Ficinum quoque mutilatum legisse locum, cujus sententiam collatis superioribus ipse expleverit. Schleiermacher majorem mutationem refugiens post παρέπηται δὲ τὸ ὠφελίμως commate posito, apodosin incipit cum his καὶ λυσιτελούντως : quod tamen non uno nomine mihi quidem displicet. Buttm.

οὐκοῦν φαμὲν πάλιν] Excerpsit hunc locum Stobæus Serm. iii. p. 49. Gottl.

εἴπερ γε μᾶλλον προθυμήσονται μὲν] Stobæus : εἴπερ γε προθυμ. μᾶλλον et μὲν omissum. Mox habet κινδυνεύειν, et pro δὲ, τε. Gottleb.

πράττειν μὲν] Levi inversione vocum, quam præiverunt codd. optimi, πράττειν μὲν pro μὲν πράττειν, locum hunc emendavit Bekk. Antea enim illi ἐπιθυμήσονται μὲν male respondebant hæc πράττοντες δὲ βλάπτεσθαι, cum oporteret βλαβήσονται. Nunc hoc ipsum βλάπτεσθαι per oxymoron pendet ab illo ἐπιθυμήσονται. Buttm.

ἄλλων ἐπιστημῶν κτῆμα, ἐάν τις ἄνευ τῆς τοῦ βελτίστου[z] ἐπιστήμης κεκτημένος ᾖ, ὀλιγάκις μὲν ὠφελεῖν, βλάπτειν δὲ τὰ πλείω τὸν ἔχοντ'[a] αὐτό, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι ὀρθῶς ἐφαινόμην λέγων;

ΑΛ. Καὶ εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ νῦν μοι[b] δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

§. 16. ΣΩ. Δεῖ ἄρα καὶ πόλιν καὶ ψυχὴν τὴν μέλλουσαν ὀρθῶς βιώσεσθαι ταύτης τῆς ἐπιστήμης ἀντέχεσθαι, ἀτεχνῶς ὥς περ ἀσθενοῦντα[c] ἰατροῦ ἢ τινος κυβερνήτου τὸν ἀσφαλῶς μέλλοντα πλεῖν. ἄνευ γὰρ[d] ταύτης ὅσῳ περ[e] ἂν μὴ[f] πρότερον ἐπουρίσῃ[g] τὸ τῆς ψυχῆς ἢ[h] περὶ χρημάτων II. 147.

νεύειν corr F: κινδυνεύει *ς.—[z] τοῦ βελτίστου τῆς E.—[a] ἔχοντ' Γ.—[b] μοι om G.—[c] ἀσθενοῦντας F.—[d] ἄνευ γὰρ ταύτης libri post ψυχῆς ponunt: transposuit Jo. Gottl. Schneiderus. γὰρ erasit Γ.—[e] γὰρ corr Γ.—[f] μὴ πρότερον om ΣΥCe cum Schneidero.—[g] ἐπουρήσῃ ΑΔΠG.—[h] ἢ om Γ.—[i] καὶ om E.—[j] ἁμάρτημα G, ἁμάρ-

§. 16. ὅσῳπερ ἂν] For. scripserat Plato, ὡς ᾧπερ ἂν, et quædam post ψυχῆς, ad claudendam hanc sententiam, addiderat: ita ut hæc sint tantum ejus principium. Steph.

ὅσῳπερ ἂν μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς] Hic locus Platonis difficillimus est; Marsilius Ficinus ac Serranus male explicuerunt, atque obscurum magis reddiderunt, quam recte verterunt. Μὲν potius quam μὴ legendum censeo, ac γὲ quam γάρ. Nec jam finis; præcipuus quippe error ψυχῆς constat. Affirmare videtur Plato sine honesti scientia, quo magis anima quævis vel civitas fortunæ muneribus potiuntur, eo magis ad impetus animi allevandos criminibus excitantur. Ex voce ψυχὴν, quam supra legimus, exorsus est error. Plato autem non de anima potius, quam de civitate loquitur, nec opus erat, ut vocem ψυχῆς denuo describeret. Scripsit forsan τύχης, qui loquendi modus, ἐπουρίσῃ τὸ τῆς τύχης, *quo magis fortuna afflaverit*, apprime est elegans. Sententiæ hujusce decus, ac veritas quam secum affert, restitutionem istam necessariam esse reddunt. Quo plus fortunæ habent impii, eo plus flagitiorum in se admittunt. Dacier. Codex Ms. voces duas μὴ πρότερον non habet et legit ὅσῳπερ ἂν ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, hoc est, *quanto magis impetu fertur animæ navigium*. Intelligendum est enim in articulo τὸ, vel πλοῖον vel ἀκάτιον. Ἐπουρίζειν autem est *impetu ferri vento secundo inspirante*. Codicis igitur Ms. lectionem secuti sumus, donec dies meliorem exhibebit. Cornar.

Sensit et hujus loci difficultatem Dacierius, qui pro μὴ vult legi μὲν, et γε pro γὰρ, pro ψυχῆς autem τύχης. Cum non locutus sit Plato amplius de civitate et animo, non potuisse vocem solam ψυχῆς repeti putat. Sed quæ tandem ratio! Ergo si de duabus rebus scriptor disserit, non de una potest aliquid separatim dicere? Verba autem: ἐπουρίσῃ τὸ τῆς τύχης, vel ut in Bas. 2. est, ἐπουριάσῃ, explicat: *quo magis fortuna afflaverit*. Sed miscuit hic Dacierius hanc sententiam cum sequentibus, nec rationem habet τοῦ γὰρ post ἄνευ, sed temere mutat in γε; eundemque male fecisse puto quod hæc verba a superioribus sejunxerit: τὸ τῆς ψυχῆς recte se habet. Si ante ὅσῳπερ intelligatur τοσούτῳ μᾶλλον, et ultima periodi verba cum superioribus jungantur, hic sensus loci videtur esse: *idque eo magis* sc. quærenda hæc scientia, *quo magis animus non ante vento quasi secundo adspirat studio recte vivendi, quam scientiam illam consecutus sit*. Τὸ ἐπουρίσῃ eleganter convenit verbis κυβερνήτου, et πλεῖν. Ficiniana versio quoque cum Dacieriana ima supremis miscet: *Nam quo majora animus sine hac scientia circa divitias vel corporis robur, aut aliud tale conabitur; eo majora ex iis peccata committi necesse est.* Cæterum

1. ii. 290. κτῆσιν ἢ σώματος ῥώμην ἢ[h] καὶ[i] ἄλλο τι τῶν τοιούτων, τοσούτῳ μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν,

non differunt inter se ἐπουρίσῃ, quod Ald. Bas. 1. et Stephaniana habent, ab ἐπουριάσῃ in Bas. 2. Gottleb.

Cornar. in Cod. Msto Hassisteniano verba μὴ πρότερον omissa invenit, ideoque delenda censet. Ipse interpretatur hunc locum: *quanto magis impetu fertur animæ navigium*, et subintelligit πλοῖον vel ἀκάτιον. ἐπουρίζειν autem dicit esse *impetu ferri, vento secundo spirante*. False. ἐπουρίζειν semper dicitur de vento, quando secundus spirat et afflat; deinde metaphorice de anima seu ejus cupiditatibus, quando hominem quasi vento vehementi et secundo ferunt in aliquam rem, ut h. l. in κτῆσιν χρημάτων κ. τ. λ. Miror neminem vidisse, vitium hærere in eo quod ὅσῳπερ et τοσούτῳ periodi membris dispuncta fuerunt culpa librarii, quod non debebat fieri. Quare facili opera, omissis verbis illis omnino superfluis μὴ πρότερον, locum justo tractui membrorum et motui repono, scribendo: μέλλοντα πλεῖν ἄνευ γὰρ ταύτης, ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ σώματος ῥώμην ἢ καὶ ἄλλό τι τῶν τοιούτων, ὅσῳπερ ἂν ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς, τοσούτῳ μείζω ἁμαρτήματα ἀπ' αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι. Abreschius, qui hunc l. explicare voluit (Diluc. Thucyd. i. 217.) vide, num rem tetigerit. Schneid.

Koeppen quidem nullum vitium textus agnoscit, sed locum, retenta Gottleberi interpunctione, ita explicat: τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳπερ μὴ πρότερον ἐπουρίσῃ (πρὸς τὸ ὀρθῶς βιώσεσθαι) τὸ τῆς ψυχῆς h. e. ἡ ψυχὴ l. οἱ ἄνθρωποι. Sed ex mea quidem sententia locus est incorruptus et Platonis cogitandi rationi accommodatissimum sensum fundit, dummodo verba ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς recte interpreteris. Quum scil. Plato exemplo a navigatione desumpto usus esset, jam ad animum transiens metaphorice de eo loquitur, neque est cum Cornar. πλοῖον sive ἀκάτιον subintelligendum, sed πνεῦμα. Ita Lucianus, cujus opera non ad manus habeo: δεήσει ποτε, inquit, ποιητικοῦ τινος ἀνέμου καὶ ἐπουριάζοντος τὰ ἀκάτια. Τὸ τῆς ψυχῆς autem πνεῦμα explicandum puto *adflatum numinis, instinctum divinum* et locum ita intelligo: *Eo magis opus est animo illa optimi scientia, quo minus adflatus numinis adflat obsecundatque.* Hanc autem explicationem Platonis sentiendi rationi maxime consentaneam esse, vel ea, quæ in Menone dicit, docent. Ibi enim Themistoclem, Aristidem aliosque bonos viros quidem fuisse dicit, sed addit: οὐκ ἄρα σοφίᾳ τινὶ οὐδὲ σοφοὶ ὄντες οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες ἡγοῦντο ταῖς πόλεσιν, οἱ ἀμφὶ Θεμιστόκλέα τε καὶ οὗς ἄρτι Ἄνυτος ὅδε ἔλεγε. διὸ καὶ οὐχ οἷοί τε ἄλλους ποιεῖν τοιούτους οἷοι αὐτοί εἰσιν, ἀτ' οὐ δι' ἐπιστήμην ὄντες τοιοῦτοι—οὐκοῦν, εἰ μὴ ἐπιστήμη εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι, τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν, οὐδὲν διαφερόντως ἔχοντες πρὸς τὸ φρονεῖν, ἢ οἱ χρησμφδοί τε καὶ οἱ θεομάντεις. καὶ γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν ἀληθῆ καὶ πολλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι—οὐκοῦν, ὦ Μένων, ἄξιον τούτους θείους καλεῖν τοὺς ἄνδρας, οἵτινες νοῦν μὴ ἔχοντες, πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθοῦσι—καὶ λέγουσι;—Ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν θείους τε οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν χρησμφδοὺς καὶ μάντεις, καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας, καὶ τοὺς πολιτικοὺς οὐχ ἥκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσιν λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες, ὧν λέγουσι. Men. c. 25. 26. Cf. Cic. de Nat. Deor. ii. 66. et Off. iii. 4. Ex quibus quidem videmus, Platonem duplicem reipublicæ bene administrandæ rationem agnovisse, alteram, quæ sine scientia quidem optimi locum haberet, sed adflatui numinis cuidam tribuenda esset, alteram, quæ scientiam optimi sequeretur; hancque scientiam eo magis necessariam esse, quo minus divino instinctui in animo locus daretur, i. e. quo minus quis jam natura ipsa atque ingenio ad bonum amandum adque recte faciendum ferretur. Atque non est, quod moneam, quantopere hic locus, si explicatur, ut dixi, et argumento dialogi et consilio Platonis in illo scribendo sit consentaneus. Objicere enim quis potuisset, alios bonos viros Atheniensium rempublicam optime administrasse, qui tamen sine scientia optimi fuissent. Quod quidem Plato concedit; sed ita, ut dicat, illos quidem natura atque ingenio, ad id quod bonum atque justum esset, latos esse, in cœvis autem Alcibiadis tale quid frustra quæri. Atque hæc habui dicere de hoc loco. Viri docti judicent. Nurnb.

In superiore editione animadvertebam,

ὡς ἔοικε, γίγνεσθαι. ὁ δὲ δὴ τὴν καλουμένην πολυμάθειάν[k] τε καὶ πολυτεχνίαν[l] κεκτημένος, ὀρφανὸς δὲ ὢν ταύτης τῆς ἐπιστήμης, ἀγόμενος δὲ ὑπὸ μιᾶς ἑκάστης τῶν ἄλλων, ἆρ' οὐχὶ τῷ ὄντι δικαίως πολλῷ χειμῶνι χρήσεται, ἄτ', οἶμαι,

ει πο υ
τημα Α.—[k] φιλομαθίαν ΔΠG, φιλομαθιαν Α, πολυμαθίαν ΓΞΣΥBCuv.—[l] φιλοτεχνίαν

trajectorum hic quaqua tandem de causa verborum hoc etiam indicium esse, quod verba ἄνευ γὰρ ταύτης male et ambigue dicta essent præcedente illo τῆς ψυχῆς. Deinde Bekker, pulchre videns tam magna trajectione opus non esse, in editione sua sola verba ἄνευ γὰρ ταύτης posuit ante ὅσῳπερ. Sed aliam rationem aperuit mihi codex Coisl. ab eodem collatus. In hoc enim pro ὅσῳπερ a manu corrigente scriptum ὅσῳ γὰρ, alterum autem γὰρ post ἄνευ erasum est. Unde hæc fit oratio: ὅσῳ γὰρ ἂν—ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἄνευ ταύτης ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν κ. τ. ε. τοσούτῳ μείζω κ. τ. λ. In quam rationem sponte pervenit etiam Ullrichius: qui tamen minus feliciter vulgata illa μὴ πρότερον servare tentat. Dicas sane, antiquiorem etiam illum codicis Coisl. correctorem ex conjectura ita emendasse. Sed, utut de eo statuas, id quod mihi ut veram fere hanc lectionem commendat, est mutatio illius ὅσῳπερ, quæ forma alteri τοσούτῳ præmissa vereor ut satis ex usu sit, cum non meminerim me aliter usquam legere quam ὅσῳ—τοσούτῳ. Verba quidem ἄνευ ταύτης, fateor, neque in hac loci constitutione satis commode collocati sunt: sed ambiguitas tamen cum illo γὰρ sublata est. Quod si non satisfacit, trajectionem verborum nunc ad minimum fere redigas scribendo, ὅσῳ γὰρ ἂν ἄνευ ταύτης—ἐπουρίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς ἢ περὶ χρ. κτῆσιν κ. τ. λ. Ubi lacunam signavi loco illorum μὴ πρότερον, quorum simpliciter expellendorum ratio nemini facile probabitur, eo minus, quod ut olim jam animadvertebam, dativus ὅσῳ vel ὅσῳπερ solus relinqui non potest, sententia ὅσῳ μᾶλλον ἐπουρίσῃ requirente: unde Ficinus quoque non simpliciter omisit, sed dedit *quo magis*. Non quidem ignoro ὅσῳ interdum solum etiam poni: ut in hoc Thucydidis v. 108. τοὺς κινδύνους ἡμῶν ἕνεκα μᾶλλον ἡγούμεθ' ἂν ἐγχειρίσασθαι αὐτούς, ὅσῳ πρὸς τὰ ἔργα τῆς Πελοποννήσου ἐγγὺς κείμεθα. Verum non recte in talibus μᾶλλον post ὅσῳ supplent, sed sensus comparativus in priori tantum membro est, et μᾶλλον ὅσῳ hic est pro τοσούτῳ μᾶλλον, ὅτι (ἐγγὺς κείμεθα): neque diversa res est quando in priori membro expressum est τοσούτῳ, ut apud Herod. viii. 13. νὺξ πολλὸν ἦν ἀγριωτέρη τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγεϊ φερομένοισι αὐτοῖς ἐπέπιπτε: unde plerumque ὅσῳ in tali sermone reddi potest *quatenus*, *quoniam*, ut in omnibus illis locis quos apposuit Duker ad Thuc. vi. 89. In nostro autem loco sensum comparativum utrumque membrum sibi exposcit; *quo magis—eo magis*—h. e. *si multum —, multum — ; si minus —, minus*. In quali sententia prosam quidem orationem ὅσῳ sine comparativo non admittere arbitror. Ita hoc pro comperto, opinor, esse potest, latere in corruptis illis μὴ πρότερον comparativum aliquem qui vim vocis μᾶλλον significantiori modo reddat. Neque me pœnitet ejus quod olim conjeceram ὅσῳπερ ἂν λαβρότερον. Il. β. 148. Ὡς δ' ὅτε κινήσῃ ζέφυρος βαθὺ λήϊον ἐλθὼν Λάβρος ἐπαιγίζων, ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν. Verbo ἐπουρίσῃ quidem formam quam Ed. Bas. 2. exhibet ἐπουριάσῃ præferendam olim putabam: sed veriora me docuit Schneider in Appendice ad Lexicon h. v. et tenent illud Mss. omnes. Verum, quo diutius locum Homericum contemplor, eo similius vero mihi videtur, integram dictionem eleganter huc transtulisse scriptorem ita: ὅσῳ γὰρ ἂν λαβρότερον ἐπαιγίσῃ τὸ τῆς ψυχῆς. Quid quod verbum ἐπουρίζειν, quod propter disertiorem navigantis significationem Homerico ἐπαιγίζειν substitutum a nostro olim putabam, aptum prorsus non esse confidenter hodie pronuntio? Quippe notionem *venti secundi*, quæ verbo illi sua natura inest, scriptor philosophus nullo modo conjungere poterat cum notione impetus animi per cupiditates in deteriora ruentis: absolute autem, de *impetu venti*, verbo ἐπουρίζειν Atticus scriptor nunquam abusus esset, sed vel prosarie posuisset ἐφορμήσῃ, vel poetice ἐπαιγίσῃ. Buttm.

ἄνευ κυβερνήτου διατελῶν ἐν πελάγει, χρόνον οὐ μακρὸν βίον θέων;[m] ὥστε ξυμβαίνειν μοι δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα τὸ τοῦ ποιητοῦ, ὃ λέγει κατηγορῶν πού τινος, ὡς ἄρα πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δέ, φησίν, ἠπίστατο πάντα.[n]

ΑΛ. Καὶ τί δή ποτε ξυμβαίνει τὸ τοῦ ποιητοῦ, ὦ

ΣΥΒCF.—[m] θέων G, θέῶν E : accentu caret Ω : θεῶν s.—[n] πάντα ante ἔργα ponit

ἄνευ κυβερνήτου] Bene se habere locum existimo. βίον enim θεῶν interpretor vitam ex voto fluentem et τὸ διατελῶν refero et ad ἐν πελάγει et ad βίον, ut sit: ἅτε διατελῶν ἐν πελάγει ἄνευ κυβερνήτου, χρόνον οὐ μακ. (διατελῶν scil.) βίον θεῶν. Verba videntur cujusdam esse poetæ. NURNB.

βίον θεῶν] For. βίου et θέων. licet hoc duriuscule dictum iri videatur. STEPH.

βίον θεῶν] Sic Aldina Bas. 1. et Stephaniana, vitiose sine dubio. Ficinus: *quippe cum oberret in pelago brevi tempore periturus.* Dacierius: *il n'est pas possible qu'il aille bien loin, et sa perte est prochaine.* Locus est male affectus, nec sine Mss. certi quid afferri potest. GOTTLEB.

βίον θέων] Quid si legatur χρ. οὐ μακρὸν ἥλιον θεώμενος, *non diu solem adspiciens* h. e. *vivens*, uti sæpissime poetæ. BIP.

βίον θέων] Sic Par. G, cui accensendus Clark. qui sine accentu habet θεων. Ceteri omnes θεῶν. Stephani conjectura βίου necessaria non videtur. Voculam οὐ non immerito damnaverat olim Schleierm. nunc tamen in eadem servanda acquiescendum putat. BUTTM.

κακῶς δὲ] Ex Homeri Margite, et quidem de ipso Margite loquentis, ut paulo post scribit ipse Plato. Videtur autem finis versus fuisse, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα. STEPH.

Depromti sunt hi versus ex deperdito aliquo poematio Homeri, quod Μαργίτης inscriptum est, de quo dixit: ὡς ἄρα πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα, quos versus et Homero tribuit Aristoteles de poet. S. 4. p. 375. Casaubon. Margites insignem significat stupidum, quem Homerus ita describit, laudante Aristotele hos versus, de Morib. vi. 7. Τὸν οὔτ' ἄρα σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα, Οὐδ' ἄλλως τι σοφόν. v. Erasm. Adag. p. 398. Unde Hesychius: Μαργίτης· μωρός τις, ἢ μὴ εἰδὼς μίξιν γυναικὸς, καὶ γυνὴ προτρέπεται αὐτόν. Plura vid. apud Fabric. B. G. lib. ii. 2. p. 283. GOTTLEB.

De eo quæ hic annotaverat Gottleber, ea plus falsi fere quam veri continebant. Statim versum ita refictum, Ὃς μὲν ἐπίστατο πολλὰ κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα, non modo ut antiquum ipsius poetæ proposuit, sed ab Aristotele quoque Poetic. cap. 4. hunc ipsum versum Homero tribui dixit. Verum Aristoteles ipsum poema quidem Homero tribuit ibi, hunc autem versum non apposuit, qui neque apud alium quemquam præter hunc nostrum invenitur. Ceterum longe aptius hunc suis numeris restitueris ita: Πόλλ' ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα. Alios de eodem Margite versus hosce Τὸν δ' οὔτ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν οὐδ' ἀροτῆρα, Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν. πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης. integros solus Clemens Alex. Strom. i. p. 281. apposuit, Aristoteles autem Eth. Nicom. vi. 7. nonnisi dimidiato versu altero. Diserte autem hos quidem Homero Aristoteles tribuit. Certum itaque est, fuisse illis temporibus Homericum, hoc est ex antiquissimis epicæ poesis temporibus propagatum, carmen ludicri et satirici argumenti, quo homo fatuus et stultus Margites nomine (vid. de v. μάργος infra ad 18.) risui propositus erat. Cf. Hesych. Suid. Apostol. in v. Eustath. ad Od. κ. p. 413. Bas. Inprimis autem legatur Wassenbergh in nott. ad Vitas Hom. p. 11. sqq. qui simul de eo Margite qui, heroicis et iambicis versibus alternis conscriptus, a posterioris ævi scriptoribus non immerito Homero abjudicabatur, et ad Pigretem aliquem referebatur, admodum probabilem sententiam edidit hanc: Pigretem, qui ut e Suida notum Iliadem versibus pentametris interpolatam edidit, eodem modo Margiten quoque illum Homericum iambicis versibus simulque novis jocis permultis ita permiscuisse, ut interpolatus iste Margites solus postea vulgi manibus tereretur. BUTTM.

τὸ τοῦ ποιητοῦ] Plato salsius crimini accusatoris Socratis respondet, hunc cla-

Σώκρατες; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν δοκεῖ πρὸς λόγον εἰρηκέναι.

§. 17. ΣΩ. Καὶ μάλα γε πρὸς λόγον· ἀλλ' αἰνίττεται, ὦ βέλτιστε, καὶ[o] οὗτος[p] καὶ οἱ[q] ἄλλοι δὲ[r] ποιηταὶ σχεδόν τι πάντες. ἔστι τε γὰρ[s] φύσει ποιητικὴ ἡ[t] ξύμπασα[u] αἰνιγματώδης καὶ οὐ τοῦ προστυχόντος ἀνδρὸς γνωρίσαι· ἔτι δὲ[v] πρὸς τῷ[w] φύσει τοιαύτη[x] εἶναι, ὅταν λάβηται ἀνδρὸς φθονεροῦ τε[y] καὶ μὴ βουλομένου ἡμῖν ἐνδείκνυσθαι ἀλλ' ἀποκρύπτεσθαι[z] ὅτι μάλιστα τὴν αὐτοῦ σοφίαν, ὑπερφυῶς δὴ[a] τὸ χρῆμα ὡς δύσγνωστον[b] φαίνεται, ὅ τί ποτε νοοῦσιν[c] ἕκαστος αὐτῶν. οὐ γὰρ δή που Ὁμηρόν γε τὸν θειότατόν τε καὶ σοφώτατον[d] ποιητὴν ἀγνοεῖν δοκεῖς I. ii. 291.
ὅτι[e] οὐχ οἷόν τε ἦν ἐπίστασθαι[f] κακῶς. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ λέγων τὸν Μαργίτην[g] πολλὰ μὲν ἐπίστασθαι, κακῶς δέ, φησί, πάντα ἠπίστατο.[h] ἀλλ' αἰνίττεται, οἶμαι, παράγων τὸ κακῶς μὲν ἀντὶ τοῦ κακοῦ, τὸ δὲ ἠπίστατο ἀντὶ τοῦ ἐπίστασθαι. γίγνεται οὖν συντεθὲν ἔξω μὲν[i] τοῦ μέτρου, ἔστι δ' ὅ γε[j] βούλεται, ὡς πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακὸν δὲ ἦν ἐπίστασθαι αὐτῷ πάντα ταῦτα.[k] δῆλον οὖν

διατέτριφα δεῦρο] Vulgo ita explicant: *commoratus hic sum semper te hortaturus, ut librum mihi ostenderes*, ut δεῦρο h. l. positum accipiatur pro ἐνθάδε, velut ὁ δεῦρο τόπος apud Tyr. Max. Diss. xli. 5. ubi vid. Marcland. Plat. Parmen. p. 126. A. ἐπεδήμησα δεῦρο, Aristoph. Lys. 62. παρέσεσθαι δεῦρο, et similia. Sed Terpsion haud dubie itidem Megarensis fuit. Verissime, opinor, Buttmannus locum ita interpretatur: *atque semper te hortaturus, ut librum mihi ostenderes, huc usque moratus s. cunctatus sum.* Quem in modum δεῦρο adhibitum Eurip. Med. v. 670. ἅπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον, locisque aliis. HEIND.

ἀναπ. δέομαι] *Quiescendi occasionem quæro.* Ita exponi potest hoc loco, ut ex ipso linguæ usu docet quoque Thesaurus. SERRAN. *Quiescere necesse habeo.* STEPH.

πάντως ἔγωγε] Notandum hoc πάντως ita h. l. positum, ut possit propemodum permutari cum particulis ἄλλως τε καί, de quo usu satis crebro nihildum equidem a doctis monitum reperi; de Legg. i. p. 625. A. προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς—τὴν διατριβὴν—κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι· πάντως δή γε (l. δ' ἦγε) ἐκ Κνωσσοῦ ὁδὸς—ἱκανή. de Rep. vi. p. 504. E. ἀλλὰ καὶ σὺ ἐρώτα· πάντως αὐτὸ οὐκ ὀλιγάκις ἀκήκοας. Politic. p. 268. E. Ἀλλὰ δὴ τῷ μύθῳ που πάνυ πρόσεχε τὸν νοῦν καθάπερ οἱ παῖδες· πάντως οὐ πολλὰ ἐκφεύγεις παιδιᾶς ἔτη. Apolog. Socr. p. 33. D. Εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον (ἐμοῦ κατηγορεῖν), τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἐκείνων—νῦν μεμνῆσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι (χρῆν). Πάντως δὲ πάρεισι πολλοὶ αὐτῶν ἐνταυθοῖ etc. Lysias in Eratosth. Reisk. p. 386. ἔλεγον,—καλλίστην εἶναι πρόφασιν τιμωρεῖσθαι μὲν δοκεῖν, τῷ δὲ ἔργῳ χρηματίζεσθαι· πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν πένεσθαι, τὴν δὲ ἀρχὴν δεῖσθαι χρημάτων. HEIND.

ἐρινεοῦ] Ἐρινεὸν locum esse Athenis proximum existimo, et idem vocabulum idcirco servandum esse. SERRAN.

ἐρινεοῦ] *Usque ad caprificum deduxi.* Intelligit (ut opinor) certum extra illam urbem locum illique propinquum, in quo esset caprificus. STEPH.

Ἐρινεοῦ] Sic majuscula littera scripsi pro ἐρινεοῦ, quod Stephanus et Cornarius de nescio qua *caprifico* ceperunt. Loci hoc nomen esse declarat Pausan. i. p. 92. ῥεῖ δὲ Κήφισσος πρὸς Ἐλευσῖνι βιαιότερον παρεχόμενος τοῦ προτέρου ῥεῦμα, καὶ παρ' αὐτῷ καλοῦσιν Ἐρινεὸν, λέγοντες τὸν Πλούτωνα, ὅτε ἥρπασε τὴν Κόρην, καταβῆναι ταύτῃ. HEIND.

ἴωμεν] Sc. οἴκαδε. HEIND.

ὁ παῖς] Ficin. *puer aliquis.* Imo is, quem secum habebat, ὁ ἀκόλουθος Euclidis. V. nostra ad Charmid. §. 6. Mox post ὀρθῶς λέγεις intellige utrumque ædes ingressum, ubi librum promit Euclides. HEIND.

τὸ μὲν δὴ κ. τ. λ.] *Hic liber, Terpsion, illos complectitur sermones, quos quidem non ita scripseram quasi mihi illos Socrates commemoraret, sed tanquam cum iis colloqueretur apud quos hic habitus est sermo.* Malui ita vertere, expressa (opinor) sententia, et rotundius quam si verborum vestigiis insisterem. SERRAN.

τὸ μὲν δὴ] *Hic est ille liber, Terpsion. sic autem a me perscriptus est ille sermo, ut non inducatur hic Socr. eu narrationis forma utens qua apud me utebatur: sed cum iis ipsis colloquens quibuscum se fuisse colloquutum aiebat: nimirum cum Theodoro.* STEPH.

νον ὡς διηγεῖτο, ἀλλὰ διαλεγόμενον οἷς ἔφη[u] διαλεχθῆναι. ἔφη δὲ τῷ τε[v] γεωμέτρῃ Θεοδώρῳ καὶ τῷ Θεαιτήτῳ. [§. 4.] Ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ μὴ παρέχοιεν πράγματα αἱ μεταξὺ τῶν λόγων διηγήσεις περὶ αὐτοῦ τε ὁπότε λέγοι[w] ὁ Σωκράτης, οἷον Κἀγὼ ἔφην ἢ Καὶ ἐγὼ εἶπον, ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου, ὅτι Συνέφη ἢ Οὐχ ὡμολόγει, τούτων ἕνεκα ὡς αὐτὸν αὐτοῖς διαλεγόμενον ἔγραψα, ἐξελὼν τὰ τοιαῦτα.

ΤΕΡ. Καὶ οὐδέν γε ἀπὸ[x] τρόπου, ὦ Εὐκλείδη.

ΕΥ. Ἀλλά, παῖ, λαβὲ τὸ βιβλίον καὶ λέγε.—

ΣΩ. Εἰ μὲν τῶν ἐν Κυρήνῃ μᾶλλον ἐκηδόμην, ὦ Θεόδωρε, τὰ[y] ἐκεῖ ἄν σε καὶ περὶ ἐκείνων[z] ἀνηρώτων,[a] εἴ τινες αὐτόθι περὶ γεωμετρίαν ἢ[b] τινα ἄλλην φιλοσοφίαν εἰσὶ τῶν II. i. 1; 8.
νέων ἐπιμέλειαν ποιούμενοι· νῦν δέ—ἧττον γὰρ ἐκείνους ἢ τούσδε φιλῶ, καὶ μᾶλλον ἐπιθυμῶ εἰδέναι τίνες ἡμῖν τῶν νέων ἐπίδοξοι γενέσθαι ἐπιεικεῖς· ταῦτα δὴ αὐτός τε[c] σκο-

ΣΥ.—[x] ἀπὸ ΣΥ et plerique omnes: ἄπο s.—[y] καὶ τὰ Ξ.—[z] τῶν ἐκείνων ΣΥ.—[a] ἠρώτων EF, ἂν ἠρώτων ΑΔΠ.—[b] εἴ F.—[c] τε om ΣΥ.—[d] ξ. Δ et corr Α.—[e] δὴ

Θεοδώρῳ] Platonis magistro, v. Diog. Laert. ii. 8. s. 103. Heind.

§. 4. Ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ] Cic. de Amicit. c. 1. 'Ejus disputationis sententias memoriæ mandavi, quas hoc libro exposui meo arbitratu. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam et inquit sæpius interponeretur, atque ut tanquam a præsentibus coram haberi sermo videretur.' Heind.

αἱ μεταξὺ τῶν λόγων δ.] Videlicet διηγήσεις περὶ αὐτοῦ τε etc. Steph.

περὶ αὐτοῦ τε] Sic cum Buttmanno scripsi pro αὐτοῦ. Heind. Non opus. Dictum pro περὶ αὐτοῦ τε τοῦ Σωκράτους. Beck.

αὐτοῦ τε—ἢ αὖ] Ion. p. 535. D. ὃς ἂν—κλαίῃ τ' ἐν θυσίαις—ἢ φοβῆται. Heind.

καὶ οὐδέν γε ἀπὸ τρόπου] Schol. οὐ πόρρω τοῦ καθήκοντος· de Rep. v. p. 470. B. Καὶ οὐδέν γε, ἔφη, ἀπὸ τρόπου λέγεις. Ὅρα δὴ καὶ εἰ τόδε πρὸς τρόπου λέγω. Heind.

ἧττον γὰρ] Hæc videri possent includenda parenthesi: sed vacat potius γάρ. quum verbo φιλῶ subjungatur καὶ ἐπιθυμῶ. Sic et alibi. Steph. Certe Ficinus particulam γὰρ non expressit. Non assentior. Immo γὰρ idem est quod δή, aut verba, ἧττον γὰρ ἐκείνους ἢ τούσδε φιλῶ, sejungi a reliquis verbis debent, ut καὶ ante μᾶλλον habeat vim augendi. Fisch.

νῦν δέ· ἧττον γὰρ] Euthyphr. p. 11. C. νῦν δέ· σὺ γὰρ αἱ ὑποθέσεις εἰσίν· ἄλλου δή τινος δεῖ σκώμματος. Lach. p. 184. D. Εἰ μὲν γὰρ συνεφερέσθην τώδε, ἧττον ἂν τοῦ τοιούτου ἔδει· νῦν δέ· τὴν ἐναντίαν γάρ, ὡς ὁρᾷς, Λάχης Νικίᾳ ἔθετο· εὖ δὴ ἔχει καὶ σοῦ ἀκοῦσαι. His quoque locis hoc νῦν δὲ, subsequente vocula γὰρ, per aposiopesin quandam adhibitum puto, quæ alibi manifesta est, ut Lys. ed. Reisk. p. 305. Καὶ ταῦτα εἰ μὲν ἠπίστουν, ἐξελέγχειν ἂν ἐζήτουν· νῦν δέ· ξυμβαίνει γὰρ καὶ ταῦτα τοῖς προτοῦ, καὶ ἐμοὶ σημεῖα ταῦτα μὲν ἐκείνων ἐστὶν, ἐκεῖνα δὲ τούτων ἱκανά. Ubi vid. Marcland. et cf. Plat. Charmid. §. 50. ibiq. not. nostram. Nimirum h. l. sententiæ complementum infertur verbis seqq. ταῦτα δὴ αὐτός τε etc. itemque duobus prioribus locis; aliis id solet in concitatiore sermonis cursu omitti. Heind.

Mihi δὲ γὰρ ut *enimvero* jungi videtur. Beck.

ἐπίδοξοι] Schol. ἔνδοξοι, ἢ, ὡς νῦν, προσδόκιμοι. Posteriorem significatum apud Atticos unice agnoscunt grammatici. Vid. Pierson. ad Fragm. Herodiani post Mœr. p. 471. Heind.

πῶ καθ' ὅσον δύναμαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐρωτῶ οἷς ἂν ὁρῶ τοὺς νέους ἐθέλοντας ξυγγίγνεσθαι.[d] σοὶ δὴ[e] οὐκ ὀλίγιστοι[f] πλησιάζουσι, καὶ δικαίως· ἄξιος γὰρ τά τε ἄλλα καὶ γεωμετρίας ἕνεκα. εἰ δὴ οὖν τινὶ ἐνέτυχες ἀξίῳ λόγου, ἡδέως ἂν πυθοίμην.

§. 5. ΘΕΟ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ἐμοί τε εἰπεῖν καὶ σοὶ ἀκοῦσαι πάνυ ἄξιον, οἵῳ ὑμῖν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ ἐντετύχηκα. καὶ εἰ μὲν ἦν καλός, ἐφοβούμην ἂν σφόδρα λέγειν, μὴ καί τῳ δόξω ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι· νῦν δέ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ[g] ἔστι καλός, προσέοικε δὲ σοὶ τήν τε σιμότητα καὶ τὸ[h] ἔξω τῶν ὀμμάτων· ἧττον δὲ ἢ σὺ
s. 144. ταῦτ' ἔχει. ἀδεῶς δὴ λέγω.[i] εὖ γὰρ ἴσθι ὅτι ὧν δὴ πώποτε[j] ἐνέτυχον—καὶ πάνυ πολλοῖς πεπλησίακα[k]—οὐδένα πω ἠσθόμην οὕτω θαυμαστῶς εὖ[l] πεφυκότα. τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα, ὡς ἄλλῳ χαλεπόν, πρᾶον αὖ[m] εἶναι διαφερόντως,

ΑΓΔΑΠΣΥΒCΕΗ : δὲ *s.—[f] ὀλιγιστοὶ Γ, ὀλιγοστοὶ FH.—[g] οὐκ...386, 7 διαπράττεσθαι habet b.—[h] τῶν ΣΥ.—[i] ἀδεῶς δὴ λέγω om b.—[j] πώποτ' b.—[k] πολλοῖς δὴ πεπλη·

οἷς ἂν ὁρῶ] *Quorum consuetudinem adolescentes studiose sectari video.* De quo usu vocis ἐθέλειν vid. Marcland. ad Lysiam ed. Reisk. p. 616. et Buttmanni Grammaticam L. Gr. p. 365. HEIND.

ἄξιος γὰρ τά τε ἄλλα—ἕνεκα] Omissum εἶ, quod possit videri excidisse post ἕνεκα, ut Ion. p. 532. C. scriptum περὶ Ὁμήρου λέγειν ἀδύνατος εἶ. Εἰ γὰρ τέχνῃ οἷόστε ἦσθα etc. Sed par est ratio Protag. p. 328. C. τῶνδε δὲ οὔπω ἄξιον τοῦτο κατηγορεῖν· ἔτι γὰρ ἐν αὐτοῖς εἰσιν ἐλπίδες· νέοι γάρ. HEIND.

§. 5. οἵῳ ὑμῖν τῶν πολιτῶν] Ut ante τίνες ἡμῖν τῶν νέων. Charmid. §. 12. ἦτε γὰρ πατρῷα ὑμῖν οἰκία ἡ Κριτίου. de Legg. ii. p. 658. E. Τὸ ἦθος ἡμῖν τῶν νέων. Thucyd. i. 6. οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων. Et cf. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 274. HEIND.

καὶ μή μοι ἄχθου] Frustra Heusdius in Specim. Crit. p. 10. ad Euthyphr. h. l. sollicitavit, parenthesin hanc, καὶ μή μοι ἄχθου, post illa demum ἀδεῶς δὴ λέγω transponens. In quo si mentem ejus satis assequor, utramque hanc formulam eo adhibitam putavit a Socrate, ut impuri ille amoris suspicionem a se amoliretur; quod secus est. Nimirum hæc, καὶ μή μοι ἄχθου, pertinent ad totum hoc, οὐκ ἔστι καλός, προσέοικε δὲ σοὶ τήν τε σιμότητα etc. atque his verbis Theodorus suum de Theæteti vel potius Socratis forma judicium excusat. Illa autem, ἀδεῶς δὴ λέγω, referenda sunt ad verba prægressa ἐφοβούμην ἂν σφόδρα λέγειν, μὴ etc. Porro in his οὐκ ἔστι καλός, præeunte Ficino, idem Heusdius scribendum conjecit οὐ γάρ ἐστι καλός, ut post νῦν δὲ cogitatione suppleatur οὐ σφόδρα φοβοῦμαι λέγειν, de quo ellipseos genere post νῦν δὲ satis frequente præter exempla ibi ab Heusdio laudata vid. Heindorf. ad §. 4. p. 286. et ad Charmid. §. 50. Quæ etsi elegans est conjectura, alia tamen quam Ficini auctoritate confirmari debebat. Nam is illud *enim* propter præcedentia verba *Nunc autem ne mihi succenseas* in versione sua videtur inseruisse. BUTTM.

τήν τε σιμότητα] Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Diall. Mort. xx. 4. Bip. t. ii. p. 508. et Wernsdorf. ad Himer. p. 464. HEIND.

τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων] *Et prominentibus oculis*, vel, *extantibus.* STEPH.

τὸ ἔξω τῶν ὀμμ.] Oculos ἐπιπολαίους appellat Xenoph. Sympos. v. 5. Cf. Theæt. §. 156. HEIND.

τὸ γὰρ εὐμαθῆ] *Nam esse docilem quantum vix alius quisquam esse possit, simulque mitem supra omnes, præterea*

καὶ[n] ἐπὶ τούτοις ἀνδρεῖον παρ' ὀντινοῦν, ἐγὼ μὲν οὔτ' ἂν ᾠόμην[o] γενέσθαι οὔτε[p] ὁρῶ γιγνομένους· ἀλλ' οἵ τε ὀξεῖς ὥς περ οὗτος καὶ ἀγχίνοι[q] καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς[r] ὀξύῤῥοποί εἰσι, καὶ ἅττοντες φέρονται ὥς

II. i. 179.

σίακα δ.—[l] εὖ om δ.—[m] αὖ om ΓΛΞΣΥΓΗ.—[n] καὶ om pr Π.—[o] ᾤμην δ.—[p] οὔθ' δ.

et fortem præ quovis alio esse: (hæc certe sunt ejusmodi ut) ego nec talem futurum quenquam existimaverim, nec (ullos alios) videam qui tales sint. Quin potius illi qui acuto præditi sunt ingenio, (vel *acri*) *suntque solertes* (vel *sagaces*) *et memores &c.* Desunt autem aliquot verba ante ἐγὼ μὲν, aut aliqua propter ἀνακολουθίαν orationis sunt subaudienda. Steph.

τὸ γὰρ εὖ.] Ego ut ἀνακολουθίας insolentiam non video, ita integram esse Theodori orationem puto. Sensus est, *nam et egregie docilem esse, et insigniter humanum fortemque, talem vero hominem neque fuisse unquam arbitrabar, neque video esse.* Miror, nec Ficinum se potuisse hinc expedire. Vertit enim, *difficile admodum* [An legit Ficinus ἄλλως? ut paulo post καὶ ἄλλως εὐδοκίμου. Faehse.] *est, reperire hominem docilem simul et præ cæteris mansuetum et cum omnibus virilem. Equidem nec fuisse unquam existimo nec esse video, qui ita natura sint instituti.* Fisch.

τὸ γὰρ εὖ.] Cornarius: *Nam si cui alii, ei, qui docilis est, difficile est, ut rursus insigniter mansuetus sit, et ad hæc ut, si quis alius, virilis sit: ego quidem talem neque fuisse puto, neque esse video.* Quasi hæc ita scripta legisset: Τῷ γὰρ εὐμαθεῖ ὄντι, εἴπερ ἄλλῳ, χαλεπόν. Qua tamen correctione non magis est opus, quam illa, quæ nobis olim loci difficultatem tollere videbatur, ut rescriberetur, τὸ γὰρ εὐμ. ὄντα, ὡς ἄλλων οὐδένα, χαλεπὸν, πρᾷον etc. Ne syllabam quidem in his movendam aio. Scilicet Theodorus sic fere, τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα—παρ' ὀντινοῦν, πῶς οὐ τοῦτο θαυμαστόν; vel similem in modum locuturus, neglecto, ut fieri solet in dicendi calore, constructionis initio, orationem ita flectit, quasi dixisset, Εὐμαθῆ γάρ τινα, ὡς ἄλλῳ χαλεπὸν, καὶ πρᾷον αὖ διαφερόντως καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνδρεῖον παρ' ὀντινοῦν—. Cujusmodi sermonis ἀνακολουθίαν vidimus Gorg. §. 155. Quæ ratio si cui non satisfecerit, poterit hoc τὸ εἶναι a reliqua structura sejunctum explicari *quod attinet ad* etc. ad γενέσθαι autem subaudiri τοιοῦτόν τινα. Plat. Protag. p. 317. A. Τὸ οὖν ἀποδιδράσκοντα μὴ δύνασθαι ἀποδρᾶναι, ἀλλὰ καταφανῆ εἶναι, πολλὴ μωρία καὶ τοῦ ἐπιχειρήματος, καὶ πολὺ δυσμενεστέρους παρέχεσθαι ἀνάγκη τοὺς ἀνθρώπους. de Rep. i. p. 331. B. Τὸ γὰρ μηδὲ ἄκοντά τινα ἐξαπατῆσαι ἢ ψεύσασθαι—, μέγα μέρος εἰς τοῦτο ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις ξυμβάλλεται. Xenoph. Cyrop. i. p. 30. C. Ἀλλὰ μέντοι τό γε μελετᾶσθαι, ἔφη, ἕκαστα τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἀγῶνας ἄν τινάς μοι δοκεῖ, ὦ πάτερ, προειπὼν ἑκάστοις καὶ ἆθλα προτιθεὶς μάλιστα ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι ἕκαστα. Atque hanc simplicissimam puto structuræ expediendæ rationem, neque assentior amico, illud τὸ—εἶναι tanquam accusativum trahendum putanti ad infinit. γενέσθαι, eodem fere sensu ac si scriptum esset, Τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα—πρᾷον αὖ εἶναι διαφερόντως—ἐγὼ μὲν οὔτ' ἂν ᾠόμην δυνατὸν, quod quum per se durissimum sit, tum in hac sermonis junctura Plato haud dubie scripsisset γιγνόμενον, non γιγνομένους. Jam nihil quidquam, opinor, in ipsa constructione difficultatis superest; residet tamen aliquid in his, ὡς ἄλλῳ χαλεπόν. Nam εὐμάθεια, naturæ donum, quod nullo studio parari potest, qui potest χαλεπόν τι, *difficile aliquid*, dici? Scilicet coartata est, ut fit interdum, oratio, sic fere resolvenda: ὡς ἄλλον εἶναι χαλεπόν.—De sententia denique, persimilis est locus de Rep. vi. p. 503. C. Εὐμαθεῖς καὶ μνήμονες καὶ ἀγχίνοι καὶ ὀξεῖς καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἕπεται, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἐθέλουσιν ἅμα φύεσθαι (καὶ) νεανικοί τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς τὰς διανοίας (καὶ?) οἷοι κοσμίως μετὰ ἡσυχίας καὶ βεβαιότητος ἐθέλειν ζῆν, ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ ὀξύτητος φέρονται ὅποι ἂν τύχωσι, καὶ τὸ βέβαιον ἅπαν ἐξ αὐτῶν οἴχεται. Heind.

ἅττοντες] Recentioris Atticismi est hoc ἄττειν sine iota subscripto. V. Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 467. et Dawes. Misc. Crit. ed. Lips. p. 387. Deinde Schol. τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, ἀστήρικτα. Ἔρματα γὰρ τὰ ἐρείσματα ἢ στηρίγματα. Intelligendæ *naves non saburratæ*. V. Suid. v. ἔρμα. Locu-

περ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι φύονται, οἵ τε αὖ ἐμβριθέστεροι νωθροί πως ἅπαντῶσι πρὸς τὰς μαθήσεις καὶ λήθης γέμοντες. [§. 6.] Ὁ δὲ οὕτω λείως τε[s] καὶ ἁπταίστως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις τε καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς πραότητος,[t] οἷον[u] ἐλαίου[v] ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος, ὥστε θαυμάσαι τὸ τηλικοῦτον ὄντα οὕτω ταῦτα διαπράττεσθαι.

ΣΩ. Εὖ ἀγγέλλεις.[w] τίνος δὲ καὶ ἔστι τῶν πολιτῶν;

ΘΕΟ. Ἀκήκοα μὲν τοὔνομα, μνημονεύω δὲ οὔ. ἀλλὰ

—[q] ἀγχῖνοι ΓΛ: ἀγχίνοι *s.—[r] ὁρμὰς Γ.—[s] τελείως H.—[t] πολλῆς τῆς πραότητος Ξs.—[u] οἱονεὶ corr Π.—[v] ἐλέου s.—[w] ἀγγέλεις Ξ, ἀγγελεῖς ABCEFH, λέγεις corr

tionem autem hanc quomodo suam imitando fecerint posteriores, docebit Ruhnk. ad Longin. p. 242. Cf. ibid. Toup. p. 275. Heind.

μανικώτεροι ἢ ἀνδρειότεροι] Duplex comparativus Græco sermoni communis est cum Latino. Plat. de Legg. iv. p. 704. D. *Τραχυτέραν αὐτὴν ἢ πεδινωτέραν ἂν λέγοις.* de Rep. iii. p. 409. D. *πλεονάκις δὲ πονηροῖς ἢ σοφοῖς ἐντυγχάνων σοφώτερος ἢ ἀμαθέστερος δοκεῖ εἶναι αὑτῷ.* Isocrat. Archidam. p. 120. D. ed. Steph. *ἀναγκαῖον ἦν συντομώτερον ἢ σαφέστερον διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν.* Conf. Hom. Odyss. A. v. 164. Heind.

§. 6. *ἐλέου*] Non dubitari videtur posse, quin hoc vocabulum corruptum sit, aliudque substituendum in locum ejus. Ficinus quidem in libris suis Græcis scriptum invenerat *ἐλαίου*· vertit enim, *ut nec lubricus quietusque olei fluxus mollior et suavior videatur.* Sed Serranus e suo codice manu scripto laudat *Εἰλίσσου*· ita ut hanc lectionem amplectatur, rejiciat illam alteram *ἐλαίου*, quod dure dicatur *ῥεῦμα ἐλαίου ῥέοντος*, et quod verba *ῥέειν* et *ἀψοφητὶ* declarent, sermonem esse de fluvio: ita ut *οἷον ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος* dictum sit, ut apud Horatium (Od. iii. 29.) 'ritu fluminis cum pace delabentis.' Stephanus ait, non satis conspicuam fuisse in veteri codice scripturam vocis ejus, pro qua legeretur in libris editis *ἐλέου*, sed se tamen malle *ἐλαίου* fatetur. At tu, bone vir, dicere debebas, in editione Bas. 2. extare *ἐληίου*, quod quid sibi vellet, te non satis assequi potuisse. Ego vero ex *ἐλαίου* ortum arbitror: quæ haud dubie vera lectio est. Nam primo sic apparet facile, unde extiterit *ἐλέου*, quum permutatione litterarum ε et αι nihil sit frequentius. deinde, si Plato scripsisset *Εἰλισσοῦ*, addere etiam articulum debuisset *τοῦ Εἰλισσοῦ*. denique durities, qua Serranus laborare putabat verba illa, non major est, quam illa, quæ inest verbis Ovidii (Met. i. 111.) his, 'Flumina jam lactis, jam flumina nectaris, ibant.' Fischer.

ἐλαίου] Vitiose Ald. *ἐλέου*, qui error in ceteras fluxit Edd. Bas. 2. *ἐληίου*. *Ἐλαίου* Ficinus expressit et reposuit Cornarius, idque et sensus flagitat et firmat Dionys. Halic. in Demosth. p. 175. a Ruhnkenio in loci hujus imitatoribus ad Longin. p. 254. laudatus: *ἡ δὲ λέξις ἐστὶν ὑγρὰ καὶ ὁμάλη καὶ ὥσπερ ἔλαιον ἀψοφητὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ῥέουσα.* Ac pertinent huc illa Plutarchi Sympos. vi. p. 696. *Κινούμενον (τὸ ἔλαιον) ἥκιστα ψοφεῖ τῶν ὑγρῶν* etc. ut Serrano gratiam faciamus commenti sui *Εἰλισσοῦ*, quod in libro se reperisse nemini persuadeat. Heind.

ὥστε θαυμάσαι] Sc. *τινά*. Aristoph. Plut. 810. *Τὰ σκευάρια πλήρη 'στὶν, ὥστε θαυμάσαι.* Heind.

οὕτω ταῦτα διαπράττεσθαι] Xenoph. Sympos. ii. 11. *ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν, ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο, μή τι πάθοι, ἡ δὲ θαῤῥούντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο.* Heind.

τίνος δὲ καὶ ἔστι] De Rep. iv. p. 434. D. *Τί γὰρ καὶ ἐροῦμεν*; Lucian. Halcyon. 2. *πηλίκον δέ τι καὶ ἔστι, ὦ Σώκρατες*; Sed hujus generis obvia sunt ubivis exempla. Heind.

μνημονεύω δὲ οὔ. Ἀλλὰ] *οὔ* pro *οὐκ* positum est, ut sæpe fit in fine periodi. V. Dorvill. ad Charit. p. 639. Heind.

γάρ ἐστι τῶνδε τῶν[x] προσιόντων ὁ ἐν τῷ μέσῳ. ἄρτι γὰρ ἐν τῷ ἔξω δρόμῳ ἠλείφοντο ἑταῖροί τέ τινες οὗτοι αὐτοῦ καὶ αὐτός, νῦν δέ μοι δοκοῦσιν ἀλειψάμενοι δεῦρο ἰέναι. ἀλλὰ σκόπει εἰ γιγνώσκεις αὐτόν.

ΣΩ. Γιγνώσκω· ὁ τοῦ[y] Σουνιέως Εὐφρονίου ἐστί, καὶ πάνυ γε, ὦ φίλε, ἀνδρὸς οἷον καὶ σὺ τοῦτον[z] διηγεῖ, καὶ ἄλλως[a] εὐδοκίμου,[b] καὶ μέντοι καὶ οὐσίαν μάλα πολλὴν κατέλιπε. τὸ δ' ὄνομα οὐκ οἶδα τοῦ μειρακίου.

§. 7. ΘΕΟ. Θεαίτητος, ὦ Σώκρατες, τό γε ὄνομα· τὴν μέντοι οὐσίαν δοκοῦσί μοι ἐπίτροποί τινες διεφθαρκέναι. II. i. 180.
ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς τὴν τῶν χρημάτων ἐλευθεριότητα θαυμαστός,[c] ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Γεννικὸν[d] λέγεις τὸν ἄνδρα. καί μοι κέλευε αὐτὸν ἐνθάδε παρακαθίζεσθαι.[e]

ΘΕΟ. Ἔσται[f] ταῦτα. Θεαίτητε, δεῦρο παρὰ Σωκράτη.[g]

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Θεαίτητε, ἵνα κἀγὼ ἐμαυτὸν ἀνασκέψωμαι, ποῖόν τι ἔχω τὸ πρόσωπον. φησὶ γὰρ Θεόδωρος ἔχειν με σοὶ ὅμοιον. ἆτὰρ εἰ νῷν[h] ἐχόντοιν ἑκατέρου λύραν ἔφη αὐτὰς ἁρμόσθαι ὁμοίως, πότερον εὐθὺς ἂν ἐπιστεύομεν ἢ ἐπεσκεψάμεθ' ἄν εἰ μουσικὸς ὢν λέγει;

Γ.—[x] τῶν om H.—[y] ὅτι Σ et pr Ξ.—[z] τὸν Λ.—[a] ἄλλος pr Π.—[b] εὐδόκιμον Δ et pr ΑΠ.—[c] θαυμαστῶς ΣΥΗ.—[d] γεννικὸν ΑΔΞΣΥΒCΕΗ : γενικὸν ς.—[e] παρακαθέζεσθαι Λ.—[f] ἔστι ΑΔΠ.—[g] σωκράτην corr B, σωκράτει Λ.—[h] εἰ νῷν corr Λ, ἡμῶν

ἐν τῷ ἔξω δρόμῳ] Schol. Τόποι τινὲς ἦσαν, ὁ μὲν ἐκτὸς ἕστεος, ὁ δὲ ἐντὸς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς τελουμένων ὑπὸ τῶν νέων Δρόμοι καλούμενοι. Mihi vocabulum ἔξω non ad urbem referendum videtur, sed ad eam potius palæstram, in qua cum Theodoro Socrates consedisse videtur, ut ὁ ἔξω δρόμος intelligi debeat haud dubie de ξυστῷ. Vitruv. v. 11. 'Extra autem (palæstram) disponantur porticus tres' etc. Mox addit: 'Hæc autem porticus ξυστὸς apud Græcos vocitatur, quod athletæ per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur.' Aristiæque versus est apud Polluc. ix. 43. Ἦν μοι παλαίστρα καὶ δρόμος ξυστὸς πέλας. Neque dispar est ratio in Ælian. V. H. iii. 19. Καὶ διὰ ταῦτα ἀποστὰς ὁ Πλάτων τοῦ ἔξω περιπάτου ἔνδον ἐβάδιζε σὺν τοῖς ἑταίροις. Mox de hoc usu verbi γιγνώσκω v. Dorvill. ad Charit. p. 146. Heind.

§. 7. γενικὸν] Stephanus conj. γεννικόν. recte, opinor. Γεννικὸς enim dicitur, ut γενναῖος. Altera scriptura debetur antiquæ scribendi rationi. nam Quinctiliani (i. 7.) observatio, 'semivocales non geminare, diu fuit usitatissimi moris,' etiam ad Græcorum orthographiam pertinet. Fisch. Cf. VV. DD. ad Geopon. v. 22. 2. Ed. Bip.

γεννικὸν] Ita loco vulgati γενικὸν scribendum jam Stephanus monuit, neque hunc locum prætermisit, quem nihil fere in his litteris latebat, Hemsterhus. ad Lucian. Somn. §. 7. Bip. t. i. p. 181. Cf. Dorvill. ad Chariton. p. 310. Heind.

ἢ ἐπεσκεψάμεθ' ἄν] Expectabas ἐπεσκεπτόμεθ' ἄν, sed vid. not. ad Gorg. §.

ΘΕΑΙ. Ἐπεσκεψάμεθ' ἄν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοιοῦτον μὲν εὑρόντες ἐπειθόμεθ' ἄν, ἄμουσον δὲ ἠπιστοῦμεν;

ΘΕΑΙ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Νῦν δέ γ' οἶμαι, εἴ τι μέλει ἡμῖν τῆς[i] τῶν προσώ-
I. 145. πων ὁμοιότητος, σκεπτέον[j] εἰ γραφικὸς ὢν λέγει ἢ[k] οὔ.

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Ἦ οὖν ζωγραφικὸς Θεόδωρος;

ΘΕΑΙ. Οὐχ, ὅσον γ' ἐμὲ[l] εἰδέναι.

ΣΩ. Ἆρ' οὐδὲ γεωμετρικός;

ΘΕΑΙ. Πάντως δή που, ὦ Σώκρατες.

II. i. 181. §. 8. ΣΩ. Ἦ καὶ[m] ἀστρονομικὸς καὶ λογιστικός[n] τε καὶ μουσικὸς καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ μὲν ἄρα[o] ἡμᾶς τοῦ σώματός τί φησιν ὁμοίους[p] εἶναι ἐπαινῶν πῃ ἢ ψέγων, οὐ πάνυ αὐτῷ ἄξιον τὸν νοῦν προσέχειν.

ΘΕΑΙ. Ἴσως οὔ.

ΣΩ. Τί δ' εἰ ποτέρου[q] τὴν ψυχὴν ἐπαινοῖ πρὸς ἀρετήν τε καὶ σοφίαν; ἆρ' οὐκ ἄξιον τῷ μὲν ἀκούσαντι προθυμεῖσθαι ἀνασκέψασθαι τὸν ἐπαινεθέντα, τῷ δὲ προθύμως ἑαυτὸν[r] ἐπιδεικνύναι;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν,[s] ὦ Σώκρατες.

H : εἰ νῶϊν *s.—[i] τοῖς C.—[j] σκεπτέος C.—[k] εἰ Δ et pr ΑΠ.—[l] γ' ἐμὲ C et corr B : γέ με *s.—[m] καὶ post ἢ om Γ.—[n] λογικὸς ΓF.—[o] ἄρα om Γ, suffecto τε οὖν.—[p] ὁμοίους φησὶν ΑΔΠ.—[q] ὁποτέρου CH.—[r] ἑαυτὸν ΑΔ : αὐτὸν *s.—[s] οὖν om s.—

149. Heind.

εἰ μουσικὸς ὢν λέγοι] Sermonis lege scripsi λέγοι pro λέγει. Heind.

§. 8. ὅσα παιδείας ἔχεται] *Quæcunque ad eruditionem pertinent.* Loquendi hoc genus in Platone quoque satis obvium (cf. Politic. p. 289. A. Euthyd. §. 81. de Legg. v. p. 734. D. Meno p. 93. D. aliaque) illustravit Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 472. Heind.

εἰ ποτέρου] '*Quod si ille alterutrius animum* (*commendaret* vel) *commendet.* Non potest autem ποτέρου aptiorem hic significatum habere.' Steph. Neque eum raro habet πότερος et ὁπότερος, positum pro ὁπότερος οὖν, ut de Legg. xi. p. 914. C. ἐὰν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπογεγραμμένον φαίνηται ποτέρου τῶν ἀμφισβητούντων, ἔχων οὗτος ἀπίτω. Sophist. p. 252. A. Τί δέ; ἔσται πότερον αὐτῶν οὐσίας μὴ προσκοινωνοῦν; de Legg. ix. p. 867. E. Ἐὰν δ' αὖθις ποτὲ κατελθὼν ὁπότερος αὐτοῖν—πράξῃ ταὐτὸ τοῦτο etc. de Rep. vi. p. 509. A. ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν, οὐκ ὀρθόν. Et conf. not. ad Charmid. §. 41. Heind.

πάνυ μὲν οὖν] In Steph. πάνυ μέν, ὦ Σώκρατες. Nos vero particulam οὖν restituimus ex Ald. Bas 1. 2. quum eam videremus abesse non posse, nec per rationem loquendi Platonicam, nec per numerorum suavitatem. Sic paullo ante

ΣΩ. Ὥρα τοίνυν, ὦ φίλε Θεαίτητε, σοὶ μὲν ἐπιδεικνύναι, ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι· ὡς εὖ ἴσθι ὅτι Θεόδωρος[t] πολλοὺς δὴ πρός με ἐπαινέσας ξένους τε καὶ ἀστοὺς οὐδένα πω ἐπήνεσεν ὡς σὲ νῦν δή.

ΘΕΑΙ. Εὖ ἂν ἔχοι, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ὅρα μὴ παίζων ἔλεγεν.

ΣΩ. Οὐχ οὗτος ὁ τρόπος Θεοδώρου. ἀλλὰ μὴ ἀναδύου τὰ ὡμολογημένα σκηπτόμενος παίζοντα λέγειν τόνδε, ἵνα μὴ καὶ[u] ἀναγκασθῇ μαρτυρεῖν· πάντως γὰρ οὐδεὶς ἐπισκήψει αὐτῷ. ἀλλὰ θαῤῥῶν ἔμμενε τῇ ὁμολογίᾳ.

ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ χρὴ ταῦτα ποιεῖν, εἴ σοι δοκεῖ.

§. 9. ΣΩ. Λέγε δή μοι· μανθάνεις που[v] παρὰ[w] Θεο- II. i. 182.
δώρου γεωμετρίας ἅττα;

ΘΕΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ τῶν περὶ ἀστρονομίαν τε καὶ ἁρμονίας[x] καὶ[y] λογισμούς;

ΘΕΑΙ. Προθυμοῦμαί γε[z] δή.

[t] ὅτι ὁ θεόδωρος H.—[u] καὶ om EF.—[v] μανθάνεις γάρ που F.—[w] περὶ H.—[x] ἁρμο-

πάνυ μὲν οὖν, ὦ Θεαίτητε· et hac ipsa sectione extrema, πάνυ μὲν οὖν, ἄν περ οἷοί τε ὦμεν· infra πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς. Fisch.

πάνυ μὲν οὖν] Voculam οὖν vitio in Ed. Steph. omissam præstant Ald. et Bas. utraque. Heind.

μὴ ἀναδύου] ἀναδύεσθαι esse puto *detrectare*, non *retractare*, quod vocabulo παλινῳδεῖν exprimitur. Ὡμολογημένα, sunt *res certæ et confessæ*. Hujus vero ipsius etiam loci hæc verba in suo vere aureo Thesauro sic Stephanus interpretatur: *Nemo refellet ejus testimonium*: est enim idem dicendi genus cum illo, ἐπισκήπτεσθαι μαρτυρίαις, quod Budæus vertit *testimonia falsi accusare*. i. κατηγορεῖσθαι ψευδομαρτυριῶν. Ego liberiorem adhibui periphrasin [Sc. *Verum ne res plane confessas atque exploratas detrecta confiteri, id quidem prætexens, quasi id joco dixerit: ne palam testimonium cogatur ipse perhibere. ille vero testis est omni exceptione major, cujus videlicet testimonium refutare nemo possit*] ad rem plenius repræsentandam. Est autem elegans paronomasia in verbis σκηπτόμενον et ἐπισκήπτων. Serran.

μὴ ἀναδύου] *Verum ne retracta quod pepigisti*: (videlicet περὶ τοῦ ἐπιδεικνύναι) *simulans illum joco id dicere, ne testimon. cog. perhibere: nemo enim ab eo postulabit ut id perhibeat. Quare sta audacter iis quæ pepigisti.* Vel, *sta conventis.* Steph.

μὴ ἀναδύου τὰ ὡμολογ.] *Ne retracta, quod pepigisti.* Heind.

πάντως—ἐπισκήψει αὐτῷ] Perperam hæc interpretatur Stephanus: neque rectius est, quod addit: Sed ἐπισκήπτειν *est cum obtestatione etiam postulare ab aliquo, ut quidpiam faciat.* Imo ἐπισκήπτειν h. l. est i. q. ἐγκαλεῖν ψευδομαρτυρίων. Lysias ed. Reisk. p. 736. ἐπισκηψάμενος δὲ τῷ μάρτυρι οὐκ ἐπεξῆλθεν, ubi vid. Taylor. Quo intellectu quanquam plerumque solet media vox ἐπισκήπτεσθαι adhiberi, cujus loco activam hic usurpatam a Platone ait Budæus Comm. Gr. L. p. 68. eodem tamen modo Æschin. c. Timarch. p. 142. ed. Reisk. ἣν οὐδὲ ψευδομαρτυρίων θέμις ἐστὶν ἐπισκῆψαι, ubi vid. Taylor. et Reisk. Referenda autem huc illa Socratis §. 15. ὥστε μοι δοκεῖ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις ἔσεσθαι. Heind.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἐγώ, ὦ παῖ, παρά τε τούτου καὶ παρ' ἄλλων, οὓς ἂν οἴωμαί τι τούτων ἐπαΐειν. ἀλλ' ὅμως τὰ μὲν ἄλλα ἔχω περὶ αὐτὰ μετρίως, σμικρὸν[a] δέ τι ἀπορῶ, ὃ μετὰ σοῦ τε καὶ τῶνδε σκεπτέον. καί μοι λέγε· ἆρ' οὐ τὸ μανθάνειν ἐστὶ τὸ[b] σοφώτερον γίγνεσθαι περὶ ὃ μανθάνει τις;

ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Σοφίᾳ δέ γ' οἶμαι σοφοὶ οἱ σοοί.

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τοῦτο δὲ μῶν διαφέρει[c] τι ἐπιστήμης;

ΘΕΑΙ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ἡ σοφία. ἢ οὐχ ἃ περ ἐπιστήμονες, ταῦτα καὶ σοφοί;[d]

ΘΕΑΙ. Τί μήν;

ΣΩ. Ταυτὸν ἆρα σοφία καὶ ἐπιστήμη;[e]

ΘΕΑΙ. Ναί.

§. 10. ΣΩ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἐστὶν ὃ ἀπορῶ καὶ οὐ δύναμαι λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτῷ, ἐπιστήμη ὅ τί ποτε
II. i. 183. i. 146. τυγχάνει ὄν. ἆρ' οὖν δὴ ἔχομεν λέγειν αὐτό; τί φατέ; τίς ἂν ἡμῶν πρῶτος εἴποι; ὁ δὲ ἁμαρτών, καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ,[f] καθεδεῖται, ὥς πέρ φασιν οἱ παῖδες οἱ[g] σφαιρίζοντες,[h] ὄνος· ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει

νίαν, corr fortasse, Π.—[y] καὶ om pr F.—[z] τε Ficinus: libri γε.—[a] μικρὸν Α.—[b] τὸ ante σοφώτερον om E.—[c] διαφέροι H.—[d] σοφοί om H, qui in mg οἱ σοφοί.—[e] ἐπιστήμη καὶ σοφία ΑΔΠ.—[f] ἁμαρτάνοι E.—[g] alterum οἱ om Λ.—[h] σφετερίζοντες

§. 9. *παρά τε τούτου*] Pro vulgato γε rescripsi τε, expressum a Ficino: *et ab hoc et ab aliis.* Ex hoc autem loco vereor ut recte vulgo existiment, Theodorum hunc Socratis in geometria magistrum fuisse. HEIND.

ἀλλ' ὅμως τὰ μὲν ἄλλα] Voculam ὅμως ad sequentia illa potissimum pertinere opinor, σμικρὸν δέ τι (δ' ἔτι?) ἀπορῶ etc. ut negligentiore paullulum structura hæc dici videantur pro ἀλλ' ὅμως, τὰ μὲν ἄλλα ἔχων περὶ αὐτὰ μετρίως, σμικρόν τι ἀπορῶ, *sed tamen, quanquam ceterarum mihi rerum satis prompta est cognitio, paullulum aliquod ambigo.* Solet enim interdum ὅμως participio suo anteponi, ut de Rep. vi. p. 495. D. ὅμως γὰρ δὴ πρός γε τὰς ἄλλας τέχνας καίπερ οὕτω πραττούσης φιλοσοφίας τὸ ἀξίωμα μεγαλοπρεπέστερον λείπεται. Phædo p. 91. C. φοβεῖται, μὴ ἡ ψυχὴ ὅμως καὶ θειότερον καὶ κάλλιον ὂν τοῦ σώματος προαπολλύηται. Et conf. not. ad Lysid. §. 22. Μετρίως ἔχειν pervulgata est locutio de *hominibus rebusque, in quibus quis possit acquiescere.* Euthyd. §. 79. σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνυ εἰκότως· μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως δὲ πολιτικῶν. Apolog. p. 39. B. Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως οὕτω καὶ ἔδει σχεῖν, καὶ οἶμαι αὐτὰ μετρίως ἔχειν. HEIND.

ἆρ' οὐ τὸ μανθάνειν ἐστὶ] Apte comparavit Schneiderus Xenoph. Mem. p. 230. HEIND.

§. 10. *τίς ἂν ἡμῶν*] ὑμῶν legit Schleiermach. BECK.

ἡμῶν καὶ ἐπιτάξει[i] ὅ τι ἂν βούληται ἀποκρίνεσθαι.[j] Τί σιγᾶτε; οὔ τί που, ὦ[k] Θεόδωρε, ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι, προθυμούμενος ἡμᾶς[l] ποιῆσαι διαλέγεσθαι καὶ φίλους τε καὶ προσηγόρους ἀλλήλοις γίγνεσθαι;

ΘΕΟ. Ἥκιστα μέν,[m] ὦ Σώκρατες, τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη ἄγροικον, ἀλλὰ τῶν μειρακίων τι[n] κέλευέ σοι ἀποκρίνεσθαι.[o] ἐγὼ μὲν[p] γὰρ ἀήθης τῆς τοιαύτης διαλέκτου, καὶ οὐδ' αὖ συνεθίζεσθαι ἡλικίαν ἔχω· τοῖσδε[q] δὲ[r] πρέποι τε ἂν τοῦτο καὶ πολὺ πλεῖον ἐπιδιδοῖεν· τῷ γὰρ ὄντι ἡ νεότης εἰς πᾶν ἐπίδοσιν ἔχει. ἀλλ', ὡς περ ἤρξω, μὴ ἀφίεσο τοῦ Θεαιτήτου, ἀλλ' ἐρώτα.

§. 11. ΣΩ. Ἀκούεις δή, ὦ Θεαίτητε, ἃ λέγει Θεόδωρος,[s] ᾧ ἀπιστεῖν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὔτε σὺ ἐθελήσεις, οὔτε σέ-

ΣΥ.—[i] ἐπιτεύξει corr Γ.—[j] ἀποκρίνεσθε mg F.—[k] ὦ om ΞΥ.—[l] ἡμᾶς ΑΔΠ: ὑμᾶς *ς.—[m] μὲν add ΑΔΞΠΣΥ.—[n] τι ΑΔΛΥΓΗ et pr ΓΠΣΒΕ: τινα ς.—[o] ἀποκρίνασθαι ς.—[p] μὲν om F.—[q] τοῖς ΣΥΒCΕFΗ et pr Λ.—[r] τε om F.—[s] ὁ θεόδωρος Ξς.—

καθεδεῖται—ὄνος] Laudat hunc locum Platonis, Eustathius ad Homeri Odys. θ. p. 1601. Rom. sic, ὁ δὲ ἁμαρτὼν, καθεδεῖται ὥσπερ φασιν οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος· ὃς δ' ἂν παραγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεὺς ἡμῶν. Vitia labesque scripturæ clui facile et tolli, fide et auctoritate librorum Platonis, possunt. Fisch.

καθεδεῖται — ὄνος] Schol. Ὄνος κάθου, ἐπὶ τῶν ἐν πράγματι ἡττωμένων. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν παίδων τῶν σφαιρίζοντων καὶ τὸν νικηθέντα εἰς ὄνον καθίζοντων. Ἐμνήσθη δὲ ταύτης ἐνταῦθα Πλάτων. V. Pollux ix. 106. ibique Jungerm. et Intpp. ad Horat. Ep. i. 1. 59. Heind.

οὔτί που] *Nonne tibi videor, Theodore, disserendi studio rusticius crassiusque me gerere, dum studiosius conor ad disputationem vos pertrahere, et amicitiam atque affabilitatem inter vos conciliare.* aut potius, *familiarem collocutionem.* Steph.

οὔ τί που, ὦ Θεόδ.] Aristoph. Ran. v. 522. Ἐπίσχες οὗτος. Οὔ τί που σπουδὴν ποιεῖς etc. ubi vid. Brunck. Heind.

προθυμούμενος ὑμᾶς ποιῆσαι] In his vix temperavi quin corrigerem ἡμᾶς. Nempe sua potissimum causa colloquium hoc instituere se significavit paullo ante Socrates verbis illis, ἀλλ' ὅμως τὰ μὲν ἄλλα etc. §. 9. neque erat sane cur cuperet Theodorum et Theætetum ceterosque, qui aderant, inter se *φίλους* et *προσηγόρους* facere, quum Theodorus magister esset Theæteti §. 5. 9. ceterique juvenes ejusdem familiares §. 6. Heind.

προσηγόρους] Stephanus malebat legere εὐπροσηγόρους: sine caussa: immo repugnante etiam mente Socratis et numerorum levitate. Fisch.

προσηγόρους] Stephanus mutari volebat in εὐπροσηγόρους; satis tuentur exempla notata Marclando ad Max. Tyr. Diss. xi. 8. p. 637. Heind.

γίγνεσθαι] Legi ex manuscripto, γιγνομένους; camque lectionem ut magis aptam sum secutus. Serran.

Non assentior: nam abdicit particula καὶ ante φίλους, neque res aliam recipi lectionem cogit. Fisch.

τῆς τοιαύτης διαλέκτου] De *colloquio* s. *disputandi ratione* διάλεκτος itidem adhibitum Sympos. p. 203. A. διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους. Hesych. διάλεκτος· ὁμιλία, λαλιά. Heind. Διάλεκτος pro διάλεξις. Faehse.

τῷ γὰρ] Laudantur verba τῷ γὰρ—ἔχει a Stobæo in Eclogis Ethicis 50. p. 358. Fisch.

§. 11. ἀκούεις δὴ—ὁ Θεόδωρος, —.] Rejeci, quod his vulgo apponitur, interrogandi signum. Protag. p. 341. C. Ἀκούεις δή, ἔφην ἐγώ, ὦ Πρωταγόρα,

μις περὶ τὰ τοιαῦτα ἀνδρὶ σοφῷ ἐπιτάττοιτι νεώτερον ἀπειθεῖν.[t] ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως εἰπέ· τί σοι δοκεῖ εἶναι ἐπιστήμη;

II. i. 184. ΘΕΑΙ. Ἀλλὰ χρή, ὦ Σώκρατες, ἐπειδή περ ὑμεῖς κελεύετε. πάντως γάρ, ἄν τι καὶ ἁμάρτω, ἐπανορθώσετε.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ἄν πέρ γε[u] οἷοί τε ὦμεν.

ΘΕΑΙ. Δοκεῖ τοίνυν μοι καὶ ἃ παρὰ Θεοδώρου ἄν τις μάθοι[v] ἐπιστῆμαι εἶναι, γεωμετρία τε καὶ ἃς νῦν δὴ[w] σὺ διῆλθες, καὶ αὖ σκυτοτομική τε καὶ αἱ τῶν ἄλλων δημιουργῶν τέχναι, πᾶσαί τε καὶ ἑκάστη τούτων, οὐκ ἄλλο τι ἢ ἐπιστήμη[x] εἶναι.

ΣΩ. Γενναίως γε[y] καὶ φιλοδώρως, ὦ φίλε, ἣν αἰτηθεὶς πολλὰ δίδως καὶ ποικίλα ἀνθ'[z] ἁπλοῦ.[a]

ΘΕΑΙ. Πῶς; τί τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἴσως μὲν οὐδέν· ὃ μέντοι οἶμαι, φράσω. ὅταν λέγῃς σκυτικήν,[b] μή τι ἄλλο φράζεις ἢ ἐπιστήμην ὑποδημάτων ἐργασίας;

ΘΕΑΙ. Οὐδέν.

§. 12. ΣΩ. Τί δ' ὅταν τεκτονικήν; μή τι ἄλλο ἢ ἐπιστήμην τῆς τῶν ξυλίνων σκευῶν ἐργασίας;

[t] ἀπελθεῖν ΣΥ.—[u] γε om EFs.—[v] μάθη Λ.—[w] δὴ om ΔΞΠF, ante *νῦν* ponit Λ.—[x] ἐπιστῆμαι Γ.—[y] γε ΑΓΛΠΣΥΒCEFH, δὲ Δ, μοι Ξ, μοι s.—[z] ἀι θ' Γ.—[a] τοῦ ἁπλοῦ

Προδίκου τοῦδε. Ἐχεις τι πρὸς ταῦτα λέγειν; Cf. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 311. HEIND.

ἀπιστεῖν] Idem prorsus h. l. quod mox *ἀπειθεῖν*, de quo verbi significatu præ ceteris multis videndus Valcken. ad Herodot. vi. 108. p. 489. Adde Fischer. ad Plat. Apolog. §. 17. p. 113. ubi recte e Bas. 2. *ἀπιστήσαντες* vulgato *ἀπειθήσαντες* substituit. HEIND.

ἃς νῦν δὴ σὺ διῆλθ.] *Astronomia, musice, arithmetice.* §. 9. HEIND.

ἐπιστήμη εἶναι] Quanquam Ficinus vertit *scientiæ*, præferendum tamen pro utriusque sermonis ratione singularis *ἐπιστήμη*, quum in talibus posterius potissimum vocabulum respicere soleant veteres. HEIND.

πῶς τί τοῦτο] Perperam vulgo distinguunt *πῶς*; *τί τοῦτο*. Exemplis hoc *πῶς τί* firmavimus ad Plat. Hipp. Maj. §. 40. Et conf. vel hujus libri §. 155. HEIND. At recte h. l. *πῶς* sc. *δίδωμι*; *τί κ. τ. λ. quid est quod dicas?* BECK.

σκυτικὴν] Π. *σκυτοτομικήν*. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς. Si hic *σκυτικὴν* recte scripsit librarius, sicut et pag. sequente, recte item *σκυτοτομικὴ* paulo ante, unum idemque Platonem utraque voce significare voluisse dicendum erit. STEPH.

σκυτικὴν] Stephanus putabat et hic et deinde legendum esse *σκυτοτομικήν*. sine caussa: nam iidem homines et *σκυτοτόμοι* dicuntur et *σκυτεῖς* (v. Pollux vii. 80.): atque Plato etiam alibi (Polit. ii. p. 374. t. ii.) utitur vocabulo *σκυτικὴ* de hoc artis sellulariæ genere. FISCH.

σκυτικὴν] In quo propter prægressum *σκυτοτομικὴ* offendisse videtur Stephanus, et paullo post adhibuit Plato §. 13. init. et Euthyd. §. 53. Alcib. i. p. 128. B. ac plerumque alias. Velut iidem *σκυτοτόμοι* et *σκυτεῖς* dicuntur. V. Pollux vii. 80. HEIND.

ΘΕΑΙ. Οὐδὲ τοῦτο.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν ἀμφοῖν, οὗ[c] ἑκατέρα ἐπιστήμη, τοῦτο ὁρίζεις;

ΘΕΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δέ γε[d] ἐπερωτηθέν, ὦ Θεαίτητε, οὐ τοῦτο ἦν, τίνων ἡ ἐπιστήμη, οὐδὲ ὁπόσαι τινές. οὐ γὰρ ἀριθμῆσαι II. i. 185.
αὐτὰς βουλόμενοι ἠρόμεθα, ἀλλὰ γνῶναι ἐπιστήμην αὐτὸ ὅ τί ποτ'[e] ἐστίν. ἢ οὐδὲν λέγω;

ΘΕΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.

ΣΩ. Σκέψαι δὴ καὶ τόδε. εἴ τις ἡμᾶς τῶν φαύλων τι I. 147.
καὶ προχείρων ἔροιτο, οἷον περὶ πηλοῦ, ὅ τί ποτ' ἐστίν, εἰ ἀποκριναίμεθα αὐτῷ πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων καὶ πηλὸς ὁ τῶν ἰπνοπλαθῶν[f] καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν, οὐκ ἂν γελοῖοι εἶμεν;[g]

ΥΕF.—[b] σκυτοτομικήν Η.—[c] οὗ om pr Γ.—[d] γε add ΓC et mg B.—[e] ποτ' Χ.—[f] ἰπνοπλαθῶν vel ἰπνοπλάθων ΧΓΔΛΞΠΣΥΒCEFH : κοροπλάθων cum *ς γρ ΠΒΕF.—[g] εἶμεν ΧΔ et fortasse pr Π, qui rc ἦμεν cum ΓΛΥΒCEFH : ἆμεν ς.—[h] κηρὸς, in

§. 12. οὐδὲ τοῦτο] Sc. ἄλλο τι λέγω. HEIND.

ὁπόσαι τινές] *Quot essent.* STEPH.

ὁπόσαι τινές] Non satis, *quot essent*, sed *quot quantæque essent.* SERRAN.

ἐπιστήμην αὐτὸ] Dictum pro ἐπιστήμην αὐτὴν, ut Cratyl. §. 61. αὐτὸ ἡ νόησις τοῦ νέου ἐστὶν ἔσις. Parmenid. p. 130. B. αὐτὸ ὁμοιότης. de Rep. ii. p. 362. E. Οὐκ αὐτὸ δικαιοσύνην ἐπαινοῦντες, et plurima alia. HEIND.

ἢ οὐδὲν λ.] Stephanus aut scribendum censebat ἢ οὐδὲν λέγω, aut dicendum ἢ valere idem quod ἤ, ut alibi. Et hoc quidem recte. FISCH.

ἢ οὐδὲν λ.] Cur Stephanus volucrit ἤ, non exputo, quum ἢ (*aut*) h. l. perinde necessarium sit, atque in formulis ἢ πῶς λέγεις; ἢ οὐχ οὕτω λέγεις; ἢ οὐκ ἀνάγκη; et similibus. HEIND.

πηλὸς ὁ τῶν κορ.] STEPH. 'γράφεται κοροπλαστῶν. γράφεται καὶ ἰπνοπλαστῶν.' Atque hæc quidem lectio sumta est ex Bas. 2. in quo tamen scriptum est ἰπνοπλαστῶν· illa ex Ald. Bas. 1. qui tamen libri exhibent κοροπλάσθων· haud dubie pro κοροπλάθων· id quod vel accentus docere videtur. Et forma κοροπλάθοι est sane Ἀττικωτέρα, quam forma κοροπλάσται. Mœris: κοροπλάθος, Ἀττικῶς· κοροπλάστης, Ἑλληνικῶς. Sed vix definiri videatur posse, utra scriptura a Platone profecta sit, κοροπλάθων, an ἰπνοπλαστῶν. Nam varietas illa lectionis satis docet, duplicem jam in antiquissimis libris extitisse scripturam: cujus vestigia deprehenduntur in Timæi quoque Glossis: nam in his et illa legitur, ἰπνοπλάθοι· (sic enim recte Rhunquenius reponendum pro ἰπνοπλάθαι vidit) φουρνοπλάσται· et hæc: κοροπλάθοι· οἱ τοὺς κώρους πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ. Utraque glossa ex hoc loco petita est, quum nullo alio loco librorum Platonis legatur. Jam quum nec κοροπλάθων, nec ἰπνοπλάθων (sic enim malim legere, quam ἰπνοπλαστῶν), ex ingenio librariorum grammaticorumve nasci potuisse videatur: a Platone ipso hunc dialogum bis editum esse suspicari quis possit. Neque tamen omnino necesse puto, ut ita censeamus, hoc quidem loco. Grammatici enim, qui viderent, memorari deinde a Socrate κοροπλάθους, putarentque, eosdem opifices ab eo nominatos esse ante; pro ἰπνοπλάθων scripsere κοροπλάθων· ita ut ἰπνοπλάθων vera lectio sit. Cæterum Ruhnquenius disci ex hoc loco poterat, recte a Timæo translatum fuisse inter glossas Platonicas vocabulum hoc, quod putabat nec apud Platonem, nec apud alios veteres scriptores, reperiri. FISCH.

πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων] *Eorum, qui pupas ex cera argillave fingunt.* V.

ΘΕΑΙ. Ἴσως.

ΣΩ. Πρῶτον μέν γέ που οἰόμενοι συνιέναι ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀποκρίσεως τὸν ἐρωτῶντα, ὅταν εἴπωμεν πηλός,[h] εἴτε ὁ τῶν κοροπλαθῶν[i] προσθέντες εἴτε ἄλλων ὠντινωνοῦν δημιουργῶν. ἢ οἴει, τίς τι[j] συνίησί τινος ὄνομα, ὃ μὴ οἶδε τί ἐστιν;

ΘΕΑΙ. Οὐδαμῶς.

§. 13. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα ἐπιστήμην ὑποδημάτων συνίησιν ὅ[k] ἐπιστήμην μὴ εἰδώς.

ΘΕΑΙ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Σκυτικὴν ἄρα[l] οὐ συνίησιν ὃς ἂν ἐπιστήμην ἀγνοῇ, οὐδέ τιν'[m] ἄλλην τέχνην.

ΘΕΑΙ. Ἔστιν οὕτως.

ΣΩ. Γελοία ἄρα ἡ ἀπόκρισις τῷ ἐρωτηθέντι ἐπιστήμη

mg posito πηλὸς, F.—[i] κοροπλαθῶν ΞΓ, κοροπλάθων CE.—[j] τι om H.—[k] δ...συνίη-

Tim. Lex. p. 165. ibiq. Ruhnk. Pro κοροπλάθων Bas. 2. ἰπνοπλαστῶν, Cornar. ex Cod. ἰπνοπλαθῶν. Schol. ἰπνοπλάθων· γράφεται κοροπλαθῶν. Quod utrumque, et ἰπνοπλάθους et κοροπλάθους, quum in Lexicon suum retulerit Timæus (p. 149. 165.) certissimo id argumento esse judicavit ibi Ruhnkenius p. 149. Timæum utramque lectionem sic in Platone suo conjunctam reperisse: πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων καὶ πηλὸς ὁ τῶν ἰπνοπλαθῶν καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων etc. Satis sane exemplorum est in his tribus; quartum illud ἰπνοπλαθῶν si addideris, vereor, ne nimis cumulata exeat oratio, quanquam hic nihil sine librorum auctoritate dijudicari potest. HEIND.

γελοῖοι εἶμεν] Vulgo ὦμεν, Bas. 2. ἦμεν, quod [mutari] in Atticum hoc εἶμεν grammatica structuræ ratio jubebat. V. Buttmanni Gramm. p. 321. 11. sqq. Idem εἶμεν reponendum in Phileb. p. 12. B. Καὶ ἡμεῖς σοι τούτων αὐτῶν συμμάρτυρες ἂν ἦμεν, et de Legg. x. p. 896. B. Ὀρθῶς ἄρα καὶ κυρίως ἀληθέστατά τε καὶ τελεώτατα εἰρηκότες ἂν ἦμεν ψυχὴν μὲν προτέραν γεγονέναι σώματος ἡμῖν etc. Cf. Brunck. ad Soph. Œd. T. 1046. HEIND.

πρῶτον μὲν] *Primum quidem, an arbitremur ex nostra illa responsione, eum qui interrogarit de luto, quid res illa sit, percipere, (etiamsi addiderim insuper, Lutum pupparium, aut aliorum quorumlibet artificum); an contra existimas quenquam cujusvis rei quodvis nomen intelligere, qui minime noverit quænam illa sit?* Assecutum me esse Platonis veram sententiam, omnes eruditos, re bene perpensa, judicaturos arbitror: ne in re perspicua immorer. SERRAN.

πρῶτον μὲν] (Ridiculi essemus) *primum quidem, quod arbitraremur* (γελοῖοι ὦμεν οἰόμενοι) *eum qui interrogaret, posse ex n. illa resp. intelligere, ubi dixissemus, Lutum, et, vel pupp. vel al. q. artificum addidissemus. Alioqui existimasne quenquam ullum rei cujusquam nomen intelligere, si non noverit quidnam illa sit?* Vel, *Sive pupp. addidissemus, sive aliorum* etc. Sed aliquid in Gr. deesse videtur. STEPH. Temere: intell. γελοῖοι ἂν ὦμεν. FISCH.

πρῶτον μέν γέ που οἰόμενοι] Sc. γελοῖοι ἂν εἶμεν. Ad συνιέναι autem facile suppleas ὅ,τι ποτ' ἐστὶ πηλὸς seu τὸ τοῦ πηλοῦ ὄνομα, vel omnino τὸ πρᾶγμα. HEIND.

ἢ, οἴει, τίς τι συν.] Meno p. 93. C. Ἀλλ', οἴει, οὐκ ἂν ἐβούληθη etc. de Rep. x. p. 600. C. Ἀλλ', οἴει, ὦ Γλαύκων, εἰ τῷ ὄντι οἷόστε ἦν παιδεύειν—Ὅμηρος,—οὐκ ἄρα ἂν πολλοὺς ἑταίρους ἐποιήσατο; etc. Similiterque δοκεῖς adhibitum de Legg. iii. p. 687. E. τότε, δοκεῖς, παῖς πατρὶ συνεύξεται; et alibi. HEIND.

τί ἐστιν, ὅταν ἀποκρίνηται τέχνης τινὸς[n] ὄνομα. τινὸς γὰρ ἐπιστήμην ἀποκρίνεται, οὐ[o] τοῦτ' ἐρωτηθείς. II. i. 186.

ΘΕΑΙ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Ἔπειτά γέ που ἐξὸν φαύλως καὶ βραχέως ἀποκρίνασθαι περιέρχεται ἀπέραντον ὁδόν. οἷον[p] καὶ ἐν τῇ τοῦ πηλοῦ ἐρωτήσει φαῦλόν που καὶ ἁπλοῦν εἰπεῖν ὅτι γῆ[q] ὑγρῷ φυραθεῖσα πηλὸς ἂν εἴη, τὸ δ' ὅτου ἐᾷν χαίρειν.

ΘΕΑΙ. Ῥᾴδιον, ὦ Σώκρατες, νῦν γε οὕτω φαίνεται· ἀτὰρ κινδυνεύεις ἐρωτᾷν οἷον καὶ αὐτοῖς[r] ἡμῖν ἔναγχος εἰσῆλθε διαλεγομένοις, ἐμοί τε καὶ τῷ σῷ[s] ὁμωνύμῳ[t] τούτῳ Σωκράτει.

ΣΩ. Τὸ ποῖον δή, ὦ Θεαίτητε;

§. 14. ΘΕΑΙ. Περὶ δυνάμεών τι ἡμῖν Θεόδωρος ὅδε ἔγραφε,[u] τῆς τε τρίποδος πέρι καὶ πεντέποδος,[v] ἀποφαίνων ὅτι μήκει οὐ ξύμμετροι[w] τῇ ποδιαίᾳ, καὶ οὕτω κατὰ μίαν

σιν om F.—[l] γ' ἄρα Γ.—[m] τιν' Γ.—[n] τίνος Π.—[o] ὁ Π.—[p] οἷον om ΣΥ.—[q] γῆ om pr Ἀ.—[r] αὐτὸς Σ.—[s] σῷ om Υ.—[t] συνωνύμῳ ΣΥ.—[u] ἔγραψε F.—[v] πεντάποδος Ξ, πεντάποδος Η.—[w] ξύμμετροι F, ἀξύμμετροι Υ et mg F.—[x] ὀκτακαιδεκάποδος F.—

§. 13. ἐξὸν] Posset hoc ἐξὸν tanquam pro δέον positum addi iis, quæ notavit ad Max. Tyr. Diss. ii. 1. Marclandus, modo ne in omnibus ibi exemplis, uti h. l. aptissima esset vulgaris verbi significatio. Heind.

φαύλως] Idem quod ἁπλῶς. de Legg. xi. p. 929. A. μὴ φαύλως οὕτως ἐξέστω μηδ' εὐθὺς τοῦτο δρᾷν. Inde statim post jungitur utrumque φαῦλον καὶ ἁπλοῦν. Cf. Tim. Lex. p. 269. ibiq. Ruhnk. Heind.

ἐν τῇ τοῦ πηλοῦ ἐρωτήσει] In his ni excidit περὶ, (ut §. 16. τὴν περὶ τῶν δυνάμεων ἀπόκρισιν) notandum hoc genus ellipseos, cujus simile nihil memini. Heind.

τὸ δ' ὅτου, ἐᾷν χαίρειν] Pro ἐῶντα χαίρειν τὸ ὅτου. de Rep. ii. p. 358. B. ἐπιθυμῶ γὰρ ἀκοῦσαι, τί τ' ἐστὶν ἑκάτερον καὶ τίνα ἔχει δύναμιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐνὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς δὲ μισθοὺς καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτῶν ἐάσαι χαίρειν. Heind.

τῷ σῷ ὁμωνύμῳ τούτῳ] τούτῳ accipiendum δεικτικῶς, nam aderat ille inter Theæteti familiares §. 6. hujus ἡλικιώτης καὶ συγγυμναστὴς Sophist. p. 219. B. Heind.

§. 14. περὶ δυνάμεών τι] Faciliorem longe hæc explicatum habent, quam primo legentibus videantur. Scilicet δύναμις τρίπους est εὐθεῖα δυνάμει τρίπους (velut Politic. p. 266. B. dicitur ἡ διάμετρος ἡ δυνάμει δίπους), seu *latus quadrati tripedalis*. Hujusmodi δύναμις τρίπους, ut et πεντέπους, non est longitudine commensurabilis τῇ ποδιαίᾳ, s. ei lineæ, cujus quadratum est ποδιαῖον, i. e. si rem ad numeros retuleris, *quadrata radix numeri ternarii aut quinarii est irrationalis*. Euclid. Elem. x. init. Εὐθεῖαι δυνάμει σύμμετροί εἰσιν, ὅταν τὰ ἐπ' αὐτῶν τετράγωνα τῷ αὐτῷ χωρίῳ μετρῆται, et ibidem mox: Τούτων ὑποκειμένων δείκνυται, ὅτι τῇ προτεθείσῃ εὐθείᾳ ὑπάρχουσιν εὐθεῖαι πλήθει ἄπειροι σύμμετροί τε καὶ ἀσύμμετροι, αἱ μὲν μήκει καὶ δυνάμει, αἱ δὲ δυνάμει μόνον. Heind.

ὅτι μήκει οὐ ξύμ.] Steph. 'γράφεται ὅτι μηκέτι ξύμμετροι·' cujus lectionis fontem ignorabamus. Repudiant quidem eam et ipsa res et verba, quæ leguntur versibus non multis post, τῷ προμήκει—προμήκη—ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους—. Fisch.

ἑκάστην προαιρούμενος μέχρι τῆς ἑπτακαιδεκάποδος·[x] ἐν δὲ ταύτῃ πως ἐνέσχετο.[y] ἡμῖν οὖν εἰσῆλθέ τι τοιοῦτον, ἐπειδὴ ἄπειροι τὸ πλῆθος αἱ δυνάμεις ἐφαίνοντο, πειραθῆναι ξυλλαβεῖν[z] εἰς ἕν, ὅτῳ πάσας ταύτας προσαγορεύσομεν[a] τὰς δυνάμεις.

ΣΩ. Ἦ καὶ εὗρετέ τι τοιοῦτον;

ΘΕΑΙ. Ἔμοιγε δοκοῦμεν. σκόπει δὲ καὶ σύ.

II. i. 187. ΣΩ. Λέγε.

ΘΕΑΙ. Τὸν ἀριθμὸν πάντα δίχα διελάβομεν. τὸν μὲν[b] δυνάμενον ἴσον ἰσάκις γίγνεσθαι τῷ τετραγώνῳ τὸ σχῆμα ἀπεικάσαντες τετράγωνόν τε καὶ ἰσόπλευρον προσείπομεν.

ΣΩ. Καὶ εὖ γε.

ΘΕΑΙ. Τὸν τοίνυν μεταξὺ τούτου, ὧν[c] καὶ τὰ τρία
I. 148. καὶ τὰ πέντε καὶ πᾶς ὃς ἀδύνατος ἴσος ἰσάκις[d] γενέσθαι,[e] ἀλλ' ἢ πλείων ἐλαττονάκις ἢ ἐλάττων πλεονάκις γίγνεται, μείζων δὲ καὶ ἐλάττων ἀεὶ[f] πλευρὰ αὐτὸν περιλαμβάνει, τῷ προμήκει[g] αὖ σχήματι ἀπεικάσαντες προμήκη[h] ἀριθμὸν ἐκαλέσαμεν.

[y] ἠνέσχετο Γ.—[z] ξ. ΑΔ.—[a] προσαγορεύσομεν ΑΛΞΠΣΥΒΕΓΗ, προσαγορεύσαιμεν καὶ Γ, προσαγορεύομεν ΔC : προσαγορεύσωμεν ς.—[b] τὸν μὲν ΑΔΞΠΣΥΒCΗ, τὸ μὲν Ε : τὸ μὲν *ς.—[c] ὧ Λς.—[d] ἴσος ἰσάκις ΓΔΛΞΠΣΒΗ, ἴσως ἰσάκις C : ἰσάκις ἴσος *ς.—[e] γίγνεσθαι Λ, om C.—[f] ἀεὶ om F.—[g] μήκει ΣΥ, προσήκει C.—[h] προμήκει Υ.—

συλλαβεῖν εἰς ἕν] Male Cornarius: *conari, ut comprehenderemus in unum, quo omnes has facultates appelluremus.* Neque enim communis quædam *δυνάμεων* harum appellatio, sed *ἕν τι εἶδος* quæritur, quod hoc *δυνάμεων* nomine appelletur, velut post Socrates ait §. 16. *πειρῶ μιμούμενος τὴν περὶ δυνάμεων ἀπόκρισιν, ὥσπερ ταύτας πολλὰς οὔσας ἑνὶ εἴδει περιέλαβες, οὕτω καὶ τὰς πολλὰς ἐπιστήμας ἑνὶ λόγῳ προσειπεῖν.* Scilicet Cornarius hoc *ὅτῳ*, refragante sermonis ratione, pro *ὅ,τι* dictum accepit. *Καλεῖν, προσαγορεύειν, ἐπονομάζειν τί τινι* obvium est genus loquendi. V. ad Phædr. §. 30. et ad Cratyl. §. 6. HEIND.

προσαγορεύσομεν] Hoc ex Ald. et Bas. utraque revocavi pro vulgato *προσαγορεύσωμεν*, quæ mera Stephani est correctio. HEIND.

τὸν ἀριθμὸν πάντα] *Totam numerorum seriem*, ut Phædon. p. 104. A. *ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ ἅπας*, quod statim post ibi sic profertur: *ἅπας ὁ ἕτερος αὖ στίχος τοῦ ἀριθμοῦ.* HEIND.

τὸ μὲν δυν.] Stephanus conj. *τὸν μὲν δυνάμενον*. recte. nam et sequitur *τὸν τοίνυν μεταξὺ*, item *πᾶς ὃς ἀδύνατος*, et Ficinus vertit *unum qui possit*—. FISCH.

τὸν δυνάμενον] Pro *τὸ δυνάμ.* de certa Stephani correctione scripsi. HEIND.

μεταξὺ τ. ὧν] Male in St. *ὦ*, quod (correctum a Fisch.) Bipp. in *ᾧ* mutarunt. BECK.

ἴσον ἰσάκις] Euclid. Elem. vii. Definit. *Τετράγωνος ἀριθμός ἐστιν ὁ ἰσάκις ἴσος ἢ ὁ ὑπὸ δύο ἴσων ἀριθμῶν περιεχόμενος.* HEIND.

πλείων ἐλαττονάκις γίγ.] H. e. *γίγνεται ἐκ πλείονος ἐλαττονάκις τιθεμένου* (ut $5 = 3 \times \frac{5}{3}$, in quo numerus 3 est *πλείων*, numerus $\frac{5}{3}$ *ἐλάττων*), vicissimque *ἐλάττων πλεονάκις γίγνεται* numerus, quando minor ducitur in majorem (ut $5 = 2 \times 2\frac{1}{2}$); cujusmodi factores, quos appellant Mathematici, quando per li-

ΣΩ. Κάλλιστα.[i] ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο;

ΘΕΑΙ. Ὅσαι μὲν γραμμαὶ τὸν ἰσόπλευρον καὶ ἐπίπεδον ἀριθμὸν τετραγωνίζουσι, μῆκος ὡρισάμεθα, ὅσαι δὲ τὸν ἑτερομήκη, δυνάμεις, ὡς μήκει μὲν οὐ ξυμμέτρους ἐκείναις, τοῖς δ' ἐπιπέδοις ἃ δύνανται. καὶ περὶ τὰ στερεὰ ἄλλο τοιοῦτον.

§. 15. ΣΩ. Ἀριστά γ' ἀνθρώπων, ὦ παῖδες· ὥς τέ μοι δοκεῖ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις ἔσεσθαι.

ΘΕΑΙ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, ὅ γε ἐρωτᾷς περὶ ἐπιστήμης, οὐκ ἂν δυναίμην ἀποκρίνασθαι[j] ὡς περ περὶ τοῦ μήκους καὶ[k] τῆς δυνάμεως. καί τοι σύ γέ[l] μοι δοκεῖς τοιοῦτόν τι ζητεῖν. ὥστε πάλιν αὖ φαίνεται ψευδὴς ὁ Θεόδωρος. II. i. 188.

ΣΩ. Τί δαί;[m] εἴ σε πρὸς δρόμον ἔφη[n] ἐπαινῶν μηδενὶ οὕτω δρομικῷ τῶν νέων ἐντετυχηκέναι, εἶτα διαθέων τοῦ ἀκμάζοντος καὶ ταχίστου ἡττήθης, ἧττόν τι ἂν οἴει ἀληθῆ[o] τόνδ' ἐπαινέσαι;

ΘΕΑΙ. Οὐκ ἔγωγε.

ΣΩ. Ἀλλὰ τὴν ἐπιστήμην, ὥς περ νῦν δὴ[p] ἐγὼ ἔλεγον, σμικρόν τι οἴει εἶναι[q] ἐξευρεῖν καὶ οὐ τῶν πάντῃ ἄκρων;[r]

[i] κάλλιστα om ΣΥ.—[j] ἀποκρίνεσθαι Γ.—[k] μήκους καὶ ΑΔΠ: μήκους τε καὶ *ς.—[l] γε σύ Π.—[m] δέ ΛΠ et pr Α.—[n] ἔφη post δρομικῷ ponendum cum ΑΔΞΠΣΥ: post μηδενὶ ponunt *ς.—[o] ἀληθῶς ς.—[p] δὴ νῦν ΞΣΥ.—[q] εἶναι οἴει Λ.—[r] ἀκριβῶν ΑΔΠ.

nearum speciem intelliguntur, oblongum, *προμήκες σχῆμα*, efficiunt, non quadratum, *τετράγωνον*. HEIND.

ὅσαι δὲ τὸν ἑτ. ἀρ. τετραγωνίζουσι] *Quæcunque autem lineæ latera sunt ejus quadrati, in quod redigi potest numerus oblongus.* Intelligendæ radices quadraticæ numerorum imperfecte quadratorum, ut *ternarii, quinarii, senarii* etc. HEIND.

ὡς μήκει μὲν οὔ] Nam *longitudine* quidem latus quadrati tripedanei non est commensurabile lateri quadrati pedalis, sed *spatio*, quod efficit, (*τῷ ἐπιπέδῳ ὃ δύναται,*) commensurabile huic est lateri. Potest enim quadratum ipsum tripedaneum mensurari per quadratum pedale. HEIND.

καὶ περὶ τὰ στερεὰ] *Eademque in numeris cubicis est ratio.* Euclid. l. l. *Ὅταν τρεῖς ἀριθμοὶ πολλαπλασιάσαντες ἀλλήλους ποιῶσί τινα, ὁ γενόμενος στερεὸς καλεῖται.* HEIND.

§. 15. *ἔνοχος τοῖς ψευδομ.*] Cf. §. 8. extr. ibiq. not. HEIND.

εἶτα διαθέων] Quum subito subjectum, quod logici dicunt, mutetur, malebat aliquis *εἶτα σὺ διαθ.* sed eodem modo Xenoph. Mem. ii. 2. 14. *τοὺς δὲ ἀνθρώπους αὖ φυλάξῃ, μή σε αἰσθόμενοι τῶν γονέων ἀμελοῦντα πάντες ἀτιμάσωσι, εἶται ἐν ἐρημίᾳ φίλων ἀναφανῇς.* Cf. Gorg. §. 140. ibiq. not. HEIND.

ἡττήθης] Mutarem in *ἡττηθείης*, si pro *ἔφη* præcessisset *φαίη*; nunc unice hoc verum. HEIND.

ὥσπερ νῦν δὴ ἔλεγον] Pertinent ad seq. *ἐξευρεῖν, ea, qua modo dicebam, ratione invenire.* HEIND.

ΘΕΑΙ. Νὴ τὸν Δί' ἔγωγε καὶ μάλα γε τῶν ἀκροτάτων.

§. 16. ΣΩ. Θάῤῥει τοίνυν περὶ σαυτῷ[s] καί τι[t] οἷον Θεόδωρον λέγειν, προθυμήθητι δὲ παντὶ τρόπῳ τῶν τε ἄλλων πέρι καὶ ἐπιστήμης[u] λαβεῖν λόγον,[v] τί ποτε τυγχάνει ὄν.

ΘΕΑΙ. Προθυμίας μὲν ἕνεκεν,[w] ὦ Σώκρατες, φανεῖται.

ΣΩ. Ἴθι δή· καλῶς γὰρ ἄρτι ὑφηγήσω· πειρῶ μιμούμενος τὴν περὶ τῶν δυνάμεων ἀπόκρισιν, ὥς περ ταύτας πολλὰς οὔσας ἑνὶ εἴδει περιέλαβες, οὕτω καὶ τὰς πολλὰς ἐπιστήμας ἑνὶ λόγῳ προσειπεῖν.

II. i. 189. ΘΕΑΙ. Ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες,[x] πολλάκις δὴ αὐτὸ[y] ἐπεχείρησα σκέψασθαι, ἀκούων τὰς παρὰ σοῦ ἀποφερομένας[z] ἐρωτήσεις· ἀλλὰ γὰρ[a] οὔτ' αὐτὸς δύναμαι πεῖσαι ἐμαυτὸν ὡς ἱκανῶς τι λέγω, οὔτ' ἄλλου ἀκοῦσαι λέγοντος οὕτως ὡς σὺ διακελεύει,[b] οὐ μὲν δὴ αὖ οὐδ' ἀπαλλαγῆναι τοῦ μέλλειν.[c]

§. 17. ΣΩ. Ὠδίνεις γάρ, ὦ φίλε Θεαίτητε, διὰ τὸ μὴ κενὸς ἀλλ' ἐγκύμων εἶναι.

ΘΕΑΙ. Οὐκ οἶδα, ὦ Σώκρατες· ὅ μέντοι πέπονθα λέγω.

I. 149. ΣΩ. Εἶτα,[d] ὦ καταγέλαστε, οὐκ ἀκήκοας ὡς ἐγώ εἰμι υἱὸς μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσυρᾶς,[e] Φαιναρέτης;

ΘΕΑΙ. Ἤδη[f] τοῦτό γε[g] ἤκουσα.

η

—[s] σεαυτῶ ΒΕΗ.—[t] τοι pr Γ.—[u] ἐπιστήμας Υ.—[v] λόγῳ Π.—[w] ἕνεκα ΕF.—[x] ὦ σώκρατες om Π.—[y] αὐτὸ om Γ.—[z] ἐπιφερομένας Γ.—[a] ἀλλ' οὐ γὰρ F.—[b] διακελεύει ΔΠ.—[c] μέλειν ΑΔΠF, εὑρεῖν γρ BCE.—[d] εἶτ' b, qui hinc ad 407, 6 θέμις.—

§. 16. προθ. μὲν ἕνεκεν] *Si nihil opus est præter studium.* Attigi hunc usum τοῦ ἕνεκα ad Charmid. §. 14. HEIND.

ἀπαλλ. τοῦ μέλλειν] Sc. λέγειν οὕτως, ὡς σὺ διακελεύῃ. Solet enim μέλλειν ita poni, ut annecti illi debeat repetitus mente prægressi verbi infinitivus, de quo vid. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. xxix. 1. Bip. t. ii. p. 546. Nauci igitur non est, quod h. l. profert Schol. εὑρεῖν pro μέλλειν. HEIND.

